M. TVLLII CICERONIS

DE LEGIBVS LIBRI

M. TVLLII CICERONIS

DE LEGIBVS LIBRI

EX RECOGNITIONE

IOHANNIS VAHLENI

ITERVM EDITI

BEROLINI

APVD FRANCISCVM VAHLENVM

MDCCCLXXXIII

LIPSIAE TYPIS BREITKOPFII ET HAERTELII.

PRAEFATIO

Emendatio librorum de legibus fide duorum codicum Vossianorum nititur, quorum qui aetate prior est (84 = A) ab earum rerum peritis undecimo saeculo scriptus dicitur, alter (86 = B) duodecimo. eos libros liberalitate uirorum praestantissimorum, qui bibliothecae uniuersitatis Leidensis praesunt, huc transmissos post Bakium Halmiumque denuo excussi testimoniaque eorum plene et diligenter exposui. quorum librorum cum recentiorem non esse ex altero descriptum certa indicia euincant, tum ex eodem fonte ambos manasse insignis eorum in maximis minimisque similitudo persuadet. sed uterque codex suum expertus est correctorem. a quibus quae profecta sunt, adeo inter se conspirant, ut ea quoque eandem prae se ferre originem uideantur. et Vossianum A quidem qui perpurgauit nescio quo elegantiae studio ductus radendo fere primitiuas scripturas deleuit et ubi uel litterae syllabaeue correctione defungi posset, saepe tota uocabula abrasit. uerecundius alterius libri corrector operam in ea re sumpsit, in quo

fere primitiuae et correctae scripturae una cognoscantur. ita fit ut cum ambo libri pari sint auctoritate, utilitate tamen recentior sit saepe superior. sed sunt etiam loci, quibus neutrius codicis testimonio primitiua scriptura constet. ibi in subsidium recensionis codex Heinsianus (118, saec. XII) succedit, qui in plurimis cum Vossianis consentit, alia arbitrio correcta habet, sed nonnulla tenet, quae e communi fonte nata, si quid obscuritatis est scripturae in A aut B, commode illustrant. hunc ego non uidi sed scripturas, quas attuli, ex Halmii commentariis petii, posui autem non omnes sed eas tantum quas aut eam ob rem quam dixi aut aliis certis rationibus utiles esse duxi. quae praeterea in promptu fuerunt scripturae codicis Laurentiani siue Lagomarsiniani 11 a Reifferscheidio excerptae, iis usus non sum, quia cumulare inutiliter testimonia nolui, is autem liber etsi recte inter bonos refertur (n. mus. Rhen. XVII 295), tamen nihil adiuuat eum cui Vossianis uti liceat et ne Heinsiani quidem utilitatem aequat.

Ad Vossianorum igitur memoriam uerba Ciceronis recensui, quae iam in eo libro, unde reliqui ducti sunt, omni genere uitiorum inquinata legebantur. ac multa menda, leuiora praesertim, correctores eorum sustulerunt, quamquam iidem haud raro bona deprauarunt aut corrupta corruptiora dederunt: alia in Heinsiano emendate scripta sunt, et bona pars probarum emendationum ex aliis libris hauritur, qui nulla auctoritate eum tantum usum habent, ut per grassantem interpolationis temeritatem subinde uere inuenta praebeant. id genus librorum, quod praeter Leidenses adhibui, dete-

riorum nomine comprehendi, quorum lectiones selectas quas in adnotatione posui e Dauisii, Goerenzii, Moseri, Bakii, Feldhuegelii commentariis collegi. at uel sic restant non paucae emendationes, quae inde ab ultimis ut uidetur editionibus propagatae certo auctore carent. quas licet credibile sit magnam partem et ipsas e codicibus promptas esse, ego non potui nisi editionum nomine afferre: alias eorum editorum nominibus insigniui, in quorum libris primum apparent.

Vetustiorum autem editionum paucas tantum tractaui, nullam antiquiorem Ascensiana a. MDXXI, quam excipit ea, qua Petrus Victorius a. MDXXXVI et uerba Ciceronis castigauit et difficiliorum quorundam locorum castigationes explanauit. deinde Roberti Stephani librum a. MDXXXVIII, cui non dubito principem inter illius aetatis editiones locum assignare, quo libro quod Victorii quoque 'castigationes' receptae sunt, perperam a nonnullis pro Victoriana habetur, quam in his de legibus libris multis nominibus superat. praeterea et Camerarii editionem a. MDXL Ascensianae Victorianaeque similiorem illam quam Stephanianae uersaui et eam quae ex Caroli Stephani officina a. MDLIIII prodiit, in qua quae ex 'uetere' adnotantur lectiones eas sciendum est in his quidem libris non esse e codicibus sed ex uetustioribus editionibus ueluti Roberti Stephani excerptas. denique Lambinianam a. MDLXV, quae sola ueram Lambini recensionem exhibet, qui et correxit nonnulla tacite et alia in additis adnotationibus explicauit.

Atque hi quidem legum libros una cum pluribus aut omnibus Ciceronis scriptis uulgauerunt: eorum

autem editorum, qui illo saeculo hoc opus peculiaribus libellis edendum curauerunt, nemo melius de eo et emendando et enarrando meritus est Adriano Turnebo. cuius tres editiones mihi praesto fuerunt, prima anno MDXXXVIII h. e. eodem quo Roberti Stephani liber emissa, ut utri eorum egregias quasdam emendationes tribuas in ambiguo sit; ea editio non uerba Ciceronis sed commentarium tantum Turnebi complexa editoris nomen in praefixo acrosticho tenet; secunda a. MDLII et tertia a. MDLVII Ciceronis libro a Turnebo recognito eiusdem commentarios correctos et auctos subiiciunt.

Nihil dico de recentiorum criticorum curis, quorum inde a Dauisio alius plus alio, nemo non aliquid bonae frugis ad perpoliendos hos libros attulit, ceteros autem Maduigii praeclarum ingenium antecessit. sed etsi non sine industria emendationum praesertim antiquitus factarum auctores indagaui, tamen fateor operam in ea re positam meam mancam exiisse, et tamen utilius putaui, progredi quo possis, quam ne inchoatam quidem hanc partem relinquere. nolui autem congerere quidquid a quibusuis labente tempore coniectatum fuerit. nam ante monstratam a Maduigio uiam et rationem patefactosque Bakii Halmiique beneficio sincerae scripturae fontes quid mirum homines doctos ceteroquin et acutos saepe operam emendando perdidisse, et postea opinio compluribus probata sed nullis certis argumentis firmata, inchoatos ac rudes hos libros a Cicerone relictos et additamentis alienae manus multifariam auctos et deformatos esse, emendationis successui non mediocriter offecit. quod contra ex diuturno usu eam esse horum librorum condicionem mihi persuasi, primum

ut temporum iniuria culpanda sit, qua per interitum nonnullorum archetypi codicis foliorum tam in exitu operis a Cicerone quidem absoluti quam in mediis libris superstitibus maiores minoresue partes interciderint: deinde ut non tam inconsultum correctoris arbitrium quam inconsiderata librariorum incuria hanc speciem procrearit, qui in eam maxime partem peccauerint, ut earundem similiumue uocum aut syllabarum repetitione decepti uoces singulas aut etiam plures atque adeo totas sententias scribendo omitterent. ea igitur medendi uia prae ceteris ecquid forsitan proficerem periclitatus sum, quam ipsa uitiorum natura commendare uidebatur, quibus nulla frequentiora hos libros occupasse Vossianorum testimonia fidem faciunt. opinationum autem congeriem iis finibus circumscripsi, ut eas ponerem quas, etsi uerum uel ueri partem non esse assecutae uiderentur, tamen non sine fructu aliquo accuratius perpendi arbitrarer. quoniamque a nouissimis editoribus, Halmio, Baitero, quorum iudicio multum tribuere soleo, aliisque uiris doctis saepius mihi discedendum esse uidi, mei pudoris esse putaui, eorum sententias nisi rationibus allatis non reiicere. quod institutum cum breuitate ita tenui, ut recognitum a me textum passim argumentis et exemplis declarare atque confirmare studerem.

Dabam Vindobonae non. Septembrib. a. MDCCCLXX.

PRAEFATIO NOVAE EDITIONIS

Haec altera Ciceronis Legum editio, a me perinuito nec nisi instante redemptore, cui hoc officium deberi non posse intelligebam, parata, quid a priore distet quidue nouae dotis afferat ut breuiter exponam, ordiendum uidetur a codice Heinsiano, cuius selectam quam olim dederam lectionis uarietatem nunc ita suppleui, ut iam omnes eius scripturae in adnotatione expositae legantur. eum librum tum cum duo Vossianos excutiebam simul tractare nolueram: quamuis enim non dubitarem, quin in hoc codice idem accidisset, quod in Vossianis usu expertus eram, ut in excerpendis lectionibus Halmius et Baiterus nonnihil reliquum fecissent, tamen hoc non tanti esse existimaram, ut operosum conferendi negotium sustinerem in eo libro, cuius quae fides et utilitas esset, ex Halmii commentariis satis cognosci posse arbitrabar. postea a. MDCCCLXXV singulari uirorum egregiorum qui bibliothecae Leidensi praesunt humanitate usus codicem huc transmissum inspexi, eo maxime consilio, ut quae Halmium aut Baiterum non recte aut

non plene rettulisse suspicio esset, in mea adnotatione supplerem et corrigerem. denique a. MDCCCLXXX cum statuissem omnem huius libri scripturae discrepantiam in iterata libelli mei editione, quae iam impensius flagitabatur, Vossianis addere, totum librum diligenter examinaui, et quamquam in hoc genere, cui multos codices ab aliis ante tractatos recognoscere licuit, fragilitatis humanae memor modeste loqui didicit, tamen non multa me deliquisse conferendo et satis accurate codicis testimonia perscripsisse spero: retinui autem in adnotando morem meum quem antea inieram, quem etsi uituperatum esse scio, ab iis qui nihil probant nisi suum, tamen ad eam rem, quam uolebam, aptum et necessarium fuisse sentio; idque egi sedulo, ut qua necessitudine hic liber cum Vossianis iunctus esset, ex adnotatione ipsa, quantum fieri posset, ultro nec magno negotio dispiceretur. plene autem de hoc quoque codice referre animum induxi, non quo nunc aliter atque olim de huius testis ingenio iudicarem, sed ut proposita omni materia refellerem eos, qui nuper, ut meae editionis fidem et usum euerterent, praue a me huius codicis auctoritatem aestimatam esse criminati sunt. etenim primus Muellerus a. MDCCCLXXVIII in edendis Legum libris cum uniuerse ad meam potius quam Halmii aut Baiteri recognitionem se applicuisset, ne quid propriae uirtutis deesse uideretur, se a me dissentire scripsit de codice Heinsiano, *quem ille*, inquit de me, *tam parui facit ut raro eius mentionem iniciat, ego nusquam neglegendum censeo, nedum, quae is propria habet*, *'arbitrio correcta'* *concedam*. mirabar et aegre ferebam, hominem honestum haec non uno nomine ueritati repu-

gnantia scribere potuisse cum obtrectatione aliena. nam quod me raro Heinsiani codicis mentionem fecisse insimulat, quo iure insimulauerit, uel nunc qui uolet ex hac noua editione facili opera cognoscere potest; quae enim olim, iis rationibus ductus quas in praefatione (p. IV) dixeram, selecta ex hoc codice *Heinsiani* nomine attuleram, intacta reliqui, additis nouis *H* litteram appinxi, differentia notandi cum meo quodam commodo admissa, utentium autem opinor incommodo nullo, quoniam nunc idem de Heinsiano libro quod de Vossianis ualere uolo, ut sicubi nihil de eo testatum legatur conspirare cum textu existimetur. quam scripturae discrepantiam qui attentius perspexerit, intelliget, nec raro eius mentionem factam et uix a me quicquam olim, quod quidem afferre potui, quod usui esset, praetermissum esse, nunc inutilium mole scripturarum adnotationem spissatam, quibus nihil efficitur, nisi quod aliunde constabat, hunc librum ab eadem cum Vossianis origine repeti eorumque fidem, ubi testimonia in ipsis perspicue scripta neque radendo detrita sunt, augere non posse. neque sincerius Muellerus me quae codex Heinsianus propria habeat scribentis arbitrio correcta dixisse scripsit. haec enim ego de meo huius libri usu professus eram in praefatione (p. IV) *sed sunt etiam loci, quibus neutrius codicis [Vossiani] testimonio primitiua scriptura constet. ibi in subsidium recensionis codex Heinsianus succedit, qui in plurimis cum Vossianis consentit, alia arbitrio correcta habet, sed nonnulla tenet, quae e communi fonte nata, si quid obscuritatis est scripturae in A aut B, commode illustrant. hunc ego non uidi sed scripturas, quas attuli, ex Halmii commentariis petii, posui*

autem non omnes sed eas tantum quas aut eam ob rem quam dixi aut aliis certis rationibus utiles esse duxi. his quae tum iudicaueram ne nunc quidem, posteaquam omnem huius libri scripturae uarietatem per edendi operam denuo examinaui, habeo, quod aut addi uelim aut demi, uerum sic puto, iam quemuis posse e commentariis meis, modo ne obiter inspectis, sibi persuadere, me recte de codicis natura existimasse. quis uero qui ista Muelleri legerit, non expectauerit, in eius recensione insignem quandam utilitatem ex illo libro petitam extare quam meus stupor aut negligentia praetermiserit? de me possum uere fateri, me ne uerbum quidem sola Heinsiani codicis auctoritate motum ex superiore recognitione mutauisse. Muellerus autem quae eiusdem fide libri aliter atque ego edidit, haec habeto, in quibus me nihil praetermisisse puto, nisi orthographica quaedam (in quo genere ille a meis rationes diuersas sequitur) aut *his* et *iis* permutata*, quibus in hac causa nihil efficitur nec ipse opinor effici uoluerit. p. 17, 6 *quid sit homini natura tributum*: *a natura* Heinsianus Muellerus 28, 3 *hominem erexit ad caeli*que *quasi cognationis . . conspectum excitauit*: *ad caeli* AB; *et ad caeli* HM 34, 14 *quibus enim ratio natura data est*:

* In scribendi genere quid auctoritatis habeat codex Heinsianus, uel illud indicio esse potest, quod, nominum terminatione *is* in Vossianis in *es* mutata, *es* habet semper, uelut quinquies una pagina 40; ubi *quom*, *quoius*, *quoi* in utroque aut in altero utro Vossiano scriptum est, paene semper *cum*, *cuius*, *cui* exhibet. eum igitur testem consulemus nimirum ubi de prisco sermone in legum tabulis restituendo agitur. *his* pro *is* uel *iis* tam saepe falso quam recte scriptum est in Heinsiano: aperte falso uelut p. 89, 9. 52, 4. 133, 7; recte p. 88, 2, neque Muellerum probo p. 40, 7 *his* ex Heinsiano solo recipientem.

a natura HM 41, 11 *poenas luunt non tam iudiciis . .* set *ut eos agitent insectenturque furiae*: *set* om. ABH; *ut eos agitent insectanturque* AB; *ut eos agitant insectanturque* H; *sed eos agitant insectanturque* cum plerisque M 43, 10 *nihil alterius causa facit et metitur suis commodis omnia*: *factietmentietur* AB; *faciet emetietur* H; *faciet et metietur* cum aliis M 71, 14 *et amoenitatem hanc* et *salubritatem* [*hanc*] *sequor*: *et amoenitatem hanc salubritatem hanc* altero *et* superscripto AB; *et amoenitatem et salubritatem hanc* HM. tot et tanta sunt. in quibus si ille recte iudicauisset, ne sic quidem opinor ita uti fecit aut meum Heinsiani codicis contemptum aut suam eius libri aestimationem ueriorem extollere debuit; sed ego illis locis omnibus, praeterquam duobus, Heinsiani libri testimonium non omiseram, uerum sequendum non esse duxeram, propter eas rationes, quae ut perspicuae esse uidebantur, ita nunc breuiter suis locis significatae sunt in adnotatione. nam quod p. 47, 13 *quorum* retinui, cum Muellerus *eorum* ediderit cum uulgo, ne erat quidem quod Heinsiani scriptura ascisceretur: si enim *eorum* pro uero habuissem, poteram hoc Vossianorum correctione fretus reponere, cui correctioni, siue ea uera est siue ut mihi uidetur falsa, Heinsiani scriptura fidem addere non potest, qui, quod saepe accidit, idem quod in Vossianis corrigendo effectum agnoscitur, in textu exaratum exhibet. idemque cadit in p. 56, 14 *uirtutem* — *uirtute*, quod ambiguum esse ipse Muellerus fatetur; p. 63, 5 *te Lycurgi* — *nec Lycurgi*; p. 50, 10 *iudicanda* — *diiudicanda*. in quibus omnibus me iudice correctoris rationes quas Heinsianus sequitur tam apertae sunt quam reiectaneae. sed

duo loca quibus Heinsiani libri lectionem ne memoraui quidem, non solum improbaui, haec sunt, p. 17, 6 et p. 34, 14 *a natura tributum; a natura data*. praepositionem in hac oratione addi potuisse quis negat? sed quoniam nemo nescit Ciceronis morem utrumque recipere, unius Heinsiani libri testimonio Vossianorum consensui aduersantis in ea re tantum dandum non esse existimaui, eo minus quo frequentior in hoc libro, etiam seorsum a Vossianis, correctoris libido agnoscitur; qui quidem altero loco (p. 34) ubi proxime praecessit (u. 10) *a natura dati* ipsa aequabilitate adduci poterat ut praepositionem adiiceret de suo; neque secus iudicandum uidetur de p. 64, 5 *sapientia, quoius amore philosophia nomen inuenit*, ubi ipse olim Heinsianum secutus eram, nunc malui Vossianorum testimonio acquiescere (cf. p. 47, 3). sed ut largiar, quod minime concedendum esse reor, in hac re ambiguum esse iudicium, tamen quaero quid ex ea scriptura reiecta in me reprehensionis aut in Muellerum ex eadem recepta laudis redundare arbitrere, ut isto modo dissensum a me suum cum ostentatione pronuntiaret: cui ego si hoc agere uellem plura et grauiora obiicere possem quae neglexit aut quibus iniuria ab Heinsiano deflexit.

Multo etiam iniquius mecum egit Iordanus, quo et insolentior homo est et imprudentior: cuius rei cum multa extent indicia tum insignius illud, quod me risit ultro, quia bis idem me 'semel monere' scripserim (p. 167 et p. 169), nec uidit quam ridiculus esset, qui ne legere quidem posse uideretur, quae aperte scripta erant non eadem utroque loco sed diuersa. is igitur in Symbolis ad historiam linguae latinae a. MDCCCLXXIX edi-

tis ad eam quaestionem delatus quae est de sermone prisco quem Cicero in legum tabulis imitando expressit, de eius rei ratione, a me et Buechelero non perspecta, ex mea editione Heinsianum codicem negligente recte iudicari posse negauit; itaque inspecto ipse in iis partibus codice has tabulas denuo edendas curauit subiecta adnotatione critica. quae quidem constitutiones ut ab illo editae sunt multis modis a mea in iis recognoscendis modestia discedunt, sed (ut omittam festinationis et socordiae uestigia multa) pleraque noua editoris ingenio parta sunt, eas rationes criticas amplexi, quae ut saepe multos in admirationem rapere solent, ita mihi, si licet uerum fateri, peruersae ac saepe uix tirocinio critico satis dignae uidentur; quare pauca eius commenta in adnotatione memoraui et confutaui, reliqua ut nimis temeraria aut absurda silentio praeterii, uelut de loco impedito qui est de fetialium iure (p. 97) quae hariolatur, ad haec Ciceronis quae putauit *foedérum pacis belli indutiarum oratores fetiales sunto, iudices non sunto*, parum illa quidem latina, a ridente Ciceronis sententiam lectore adscripta esse uerba *bella disceptatio* (cf. ind. lect. a. 1880 p. 14): talia enim ludibria obliuioni danda nec serio refellenda censui. sed codex Heinsianus, cuius causa haec edendi opera sumpta praedicatur, si quis quaerat, quam utilitatem huic recensioni attulerit, uerba sibi dari intelliget, neque quicquam ex eo libro petitum, quo reposito auctor promissis stetisse aut operae pretium edendo fecisse uideatur; qua uero re maxime huius libri pretium continebatur, quod nonnumquam scripturas ueras et primitiuas in Vossianis corrigendi libidine mutatas aut obscuratas seruauit

integras, eam plane neglexit neque agnouit. nam nisi qui occupata mente iudicat, perspiciat oportet *ne uncula* p. 93, 4, *prouidento sisque apparento* p. 96, 7 e communi fonte ductas scripturas esse: quibus probatis ut par est, nimirum corruunt illae quas de prisci sermonis imitatione Tulliana rationes exposuit Heinsianique maxime codicis fide stabiliri uoluit: tam enim inconsulto impetu fertur ut ne uideat quidem quanto opere sibi ipse in ista disputatione aduersetur. et tamen idem etiam argumentis demonstrare aggressus est, Heinsiani codicis propriam esse et a Vossianis seiunctam memoriam iisque adeo, si dis placet, aetate, non solum auctoritate, superiorem. in qua re leui bracchio agens duo uel tria arripuit festinanter quibus hoc se aliis probare posse putauit: nec mirum; nam ita sunt philologi: non multa ipsi legere aut operosius quaerere sed fauore magis quam re explorata iudicare eique qui postremus uerba fecerit applaudere securi. itaque ut ipse sibi gratulatus est quod in causa grauissima sua sponte in eandem cum Muellero opinionem incurrit, ita illis iam duo assensi sunt, qui cum scire deberent, se nullam partem harum rerum accurate et ut decebat inuestigasse, creduli eandem quam illi praeierunt cantilenam cantarunt de codice Heinsiano. sed Iordanus quae protulit quibus fidem et originem Heinsiani libri patefaceret, eorum primum commemoratione dignum non est (p. 95, 1); alterum hoc est p. 97, 3 *inrita infestaque* AB; *infectaque* Heinsianus: nempe hoc quod uerum est Heinsianum ex suo quodam archetypo petiisse, non Vossianorum leuidensem errorem ex communi fonte translatum, uti hac praesertim iunctura nominum in promptu

fuit, correxisse. quid uero, cum p. 166, 7 *uestigalia* sit in utroque Vossiano, in Heinsiano *ue*^{c}*stigalia*, nonne in gemino plane exemplo manifestam tenemus uiam qua uia illo loco *infecta* in Heinsianum deuenerit? ac leuitatem hominis uide in eo quod in unico exemplo substitit, cuius similia multa afferre remque suam firmius stabilire poterat. nos aliter iudicabimus ac p. 64, 10 cum *noceremus* corr. *doceremus* Vossiani, *nosceremus* exhibeat Heinsianus, non putabimus hunc *nosceremus* ex suo archetypo prompsisse sed *noceremus* in communi fonte fuisse idque in Vossianis falso in *doceremus*, in Heinsiano uero recte mutatum esse in *nosceremus;* eandemque rationem agnoscere potest qui his locis, quos exempli causa affero, scripturae discrepantiam sobrio iudicio perpendere uelit, p. 19, 8; 58, 1; 28, 5; 49, 3. sed ut saepe multi errores, leuiores praesertim, quibus archetypus liber inquinatus erat, in Heinsiano codice recte sed proprio Marte sublati sunt (ex quo genere, quod et in praefatione p. IV memoraueram nec in adnotatione neglexeram, species illa bonitatis nata est, qua se docti homines induci patiuntur), ita non raro in eodem codice, quo magis correctoris arbitrium cognoscatur, leuiter corrupta in deterius mutata (uelut ne sine exemplo loquar, p. 14, 14 *adire*, p. 36, 7 *iam amicitiae nomen*, p. 66, 3 *bona eligenda*, p. 28, 2 *cetera animalia*), nonnulla etiam liberius planeque peruerso emendandi studio interpolata sunt, ut *ob iniuriam* p. 42, 6; *rationes dabit* p. 41, 5; *erubescant impudica loqui* p. 55, 4. neque loquor de iis quae nunc correcta aut in margine a correctore appicta conspiciuntur, sed quae in ipso textu exarata exhibentur. quae cuncta singillatim et per sua

genera descripta hoc loco recenseri nihil attinet, cum praesertim quaedam grauiora in commentariis tetigerim et omnino huius libri naturam recte iudicare non possit nisi qui omnem eius lectionis uarietatem per se et cum Vossianis collatam accurate examinauerit. quod quo facilius fieri possit, quoniam mihi fidem asseueranti non habuerunt, eo illam adnotandi molestiam non detrectaui.

Tertium quo Iordanus in suam rem usus est exemplum, quamquam in adnotatione perstrinxi, tamen hic quoque disceptabo paucis. p. 95, 6 tenui quod olim in textu posueram *Quoque haec priuatim et publice modo rituque fiant;* idemque mecum consentiens Iordanus edidit, nisi quod *quo quaeque* scripsit, quod quia coniectura nititur, ab hac quaestione licebit remouere. est autem illa quam restitueram Heinsiani codicis scriptura, quam Halmius aspernatus plane incertam esse Ciceronis orationem scripserat ob eam causam quia in A uerba *modo rituque* in loco raso exarata sunt, B autem hanc speciem scripturae offert *publicem quae fiant* superscriptis *modo rituq.* et ille meus calumniator clamat ad Halmii rationes esse redeundum, succinente altero 'ad Halmii et Baiteri': quasi uero ego de Halmii et Baiteri laudibus detraxissem aut detrahi uoluissem, quas aperte praedicaram: in Legum autem libris recognoscendis quid quoue nomine maxime ab Halmii Baiterique opera mea discederet, et olim agnosci poterat et nunc ut paulo etiam plenius cognosceretur curaui, quamquam ne nunc quidem singula quaeque notare uolui; de Heinsiano uero codice ita ab Halmio dissentiebam, ut ego rectius huius libri natura perspecta plus tribuendum esse eius testimoniis cen-

serem, non raro expresse testatus primitiuam scripturam in utroque Vossiano lituris et correctionibus deformatam et elutam Heinsiano codici acceptam referri, cum contra Halmius, ubi quid rasi aspiceret in A, Heinsianum nihil curans incertam rem esse et coniecturae ope medelam quaerendam existimaret (p. 144, 5; 143, 5; 23, 10; 44, 6; cf. 154,3). itaque de illo quoque loco ab Halmio discedens ita iudicaram Heinsiani libri beneficio pristinam lectionem e communi archetypo haustam constare, eandemque fuisse in A ante lituram. at hoc quidem fieri potuisse negauit Iordanus, quoniam eadem uerba (*modo rituque*), quae habet Heinsianus, in litura scripta sunt in A; eaque de causa hoc loco potissimum praestantiam et propriam Heinsiani memoriam declarari. quod si ita esse neque Heinsiani scripturam ad eundem cum Vossianis ortum redire concedendum esset, ego ad Halmii sententiam accedens de recuperando uero desperarem. nam ut in agnoscenda scriptura primitiua saepe utilem esse Heinsianum dixi, ita in iis quae plane secreta a Vossianorum codicum fide tradit, nullum eius pretium esse sentio ultra coniecturae probabilitatem. sed Iordanus in hac causa ita egit, non ut ueritatem adiuuaret*, sed ut imponeret iis si qui forte ut assolet re minus curiose inspecta calumnianti fidem haberent; et ego illa adnotatione paucisque aliis non satis caueram calumnias, quippe stulte confisus homines doctos non una aut altera pagella leuiter inspecta sed totius libelli consilio

* Ad textum quae adnotauit p. 231 cum iis quae p. 226 scripsit contendenti uituperandi cupidine plane occaecatus uidebitur ita ut in summa re id ipsum quod uolui simul et reprobet et approbet: quam iudicii confusionem explicare omitto.

et ratione perspecta iudicaturos. etenim ita scripseram in praefatione p. III *et Vossianum A quidem qui perpurgauit nescio quo elegantiae studio ductus radendo fere primitiuas scripturas deleuit et ubi uel litterae syllabaeue correctione defungi posset, saepe tota uocabula abrasit;* cuius rei exempla multa ex adnotatione mea peti poterant, uelut, ut hoc nunc promam, p. 108, 9 cum *et arŏspicum* B, *et aruspicum* in rasura A, idemque sed ut *u* correcta sit Heinsianus exhibeat, quid primitus scriptum fuisse in A putabimus? aut p. 61, 11 ubi *est nata de finibus* uerba in rasura sunt; et saepe alias non singula uerba sed plura continua, de quibus nemo umquam dubitauit, in A solo scripta sunt in loco raso. itaque cum *modo rituque* in A in rasura extent, eadem Heinsianus prima manu scripta exhibeat, haec, quae non dubitabam ex communi fonte ducta esse, item ante lituram fuisse in A adnotaui, ea mente scilicet, qua uelut p. 23, 10 Halmio repugnans *deo ut iam* quod est in Heinsiano item in A ante lituram, in qua nunc scriptum est *de etiam*, fuisse memoraueram, debebam *deutiam* fuisse scribere, unde *deo ut iam* Heinsianus recte effecit, et rasurae causa quae fuerit in illo intelligitur. ita illo quoque loco fieri potuit ut littera desideraretur aut praue exarata esset, fortasse tantum falso dispestae syllabae essent, ut tamen nullo pacto dubium esse posset quin *modorituq.* primitiua scriptura esset, propter illum errorem in raso loco reposita. Quodsi quis quia haec ipsa uerba in Vossiano altero supra uersum posita sunt, idcirco in A idem quod in B, *publicem quae*, ante rasuram scriptum fuisse opinetur, possum exemplo lucis ope parato confisus affirmare, ei opinioni liturae spatium quod est in A ma-

nifesto refragari, neque desunt exempla, quibus quae uera sunt et primitiua in altero utro Vossiano omissa et supra uersum adiecta sunt (cf. p. 132, 6 et p. 26, 1).

Satis dixisse uideor de codice Heinsiano, quandoquidem uniuersam scripturae discrepantiam, quam adnotatio digestam tenet, congerere in praefationem non possum; remque eo loco esse aio quo a. MDCCCLXX posueram raroque alias tam leuiter tamque peruerse in causa manifesta minimeque ambigua iudicatum esse.

Praeter Heinsianum uidi totumque contuli librum Monacensem qui est in bibliotheca uniuersitatis n. 528 signatus; de quo libro magnam spem fecerat Halmius cum in praefatione scriberet se dolere, quod hunc codicem saeculo undecimo nitide scriptum idemque quod Vossiani corpus scriptorum Tullianorum complectentem absoluta demum sua editione inuenisset. sed codicem a praefectorum bibliothecae liberalitate acceptum postquam examinare coepi, intellexi ex Vossiano maiore ductum esse neque in constituenda memoria nos adiuuare, sed utilitatem eius tantum eo constare quod nonnulla menda tribus illis testibus communia recte exempta sunt: quare paucis locis emendata *deteriorum* uel *editionum* loco *Monacensis* nomine signaui. nec dubium est, quin emendationes propemodum omnes quarum auctores nescimus quasque non poteram nisi uniuerse deterioribus ascribere, eae quoque quae ex uetustis editionibus propagantur, ad paucos quosdam codices reuocari possint, si tam utilis esset opera quam est certe negotiosa (cf. praef. p. IV).

De emendatione pauca dicenda sunt. qualia enim olim uerba Ciceronis fide testium sedulo consulta, emen-

dationibus adhibitis tam superiorum criticorum, Turnebi, R. Stephani, aliorum (quarum nonnullae plane egregiae tum ignoratae aut contemptae iacebant) quam recentiorum, Maduigii inprimis, meis quoque aliquot coniecturis in textu positis, constitui, talia nunc uniuerse seruanda duxi, paucis mutatis: nam emendationes certas perpaucas interim prolatas uidi, Em. Hoffmanni unam (p. 118, 4), item unam Maduigii (p. 151, 7) et Mommseni (p. 168, 9); ipse paucas adieci de leuiore genere (ut p. 48, 2. 5), paulo plura temptans in adnotatione (uelut p. 144; 156, 2); in eaque etiam ab aliis nuper inuenta, quae quidem probe excogitata nec consideratione indigna uiderentur aut certe doctam dubitationem mouerent, memoraui; conuerrere autem quaecumque a quibusuis aut ante aut his proximis annis coniecta sunt uana aut inepta ne nunc quidem uolui, quidquid irascentur talioneque ulciscentur qui sua commenta futilia spreta et praeterita intelligent. illud egi studiosius, quemadmodum in superiore editione, ut si quid possem argumentis et exemplis collectis cum breuitate aut mea stabilirem aut redarguerem aliena, potioribus ab eis quae prius scripseram uncorum usu segregatis: hac enim uia melius posse rei prospici mihi persuasi quam meris scripturis correctionibusque enumeratis. quamquam autem nonnulla parte huius libri restitutionem et interpretationem adiuuisse mihi uideor, tamen multa me nunc ut olim, in iis etiam quae explicare aut emendare temptaui, irrita aut imperfecta reliquisse scio, quaedam, quae quam uera sint iusta dubitatio est, nec in textu moui neque in adnotatione (nisi quod doctorum conamina memoraui) attigi, quia certi quicquam effici posse despe-

rabam: neque admiror eos qui in iis quae suapte natura dubia sunt et incerta correctione cuicuimodi in textu posita sibi placent seque suspiciunt, quasi quid praeclari peregissent: uelut ille qui nuper uerbosis nugis in usum scilicet studiosae iuuentutis hos libros opprimendos curauit; qui quidem quantam partem recognitioni meae acceptam ferat astute dissimulat, ut si quid in ea sibi reprehendendum putet subducto supercilio carpat, is uidelicet qui cum nihil utile aut probabile attulerit in apertissimis saepe labitur et identidem tam Ciceronis uerba quam interpretum sententias praue intelligit; qui etiam ubi quid quod uerum non esse facile quiuis intelligere poterat a me relictum erat non alia de causa quam quia incerta erat emendatio, dedita opera nec sine contemptu editoris confutandum sibi sumit: in qua re sane nescias utrum magis ignorantiam artis an animi malitiam agnoscas; sed certe propius perspicientem non potest fugere hanc compilatoris operam nulla re magis excellere quam impudentia: et talia nimirum non conficiuntur solum uerum etiam laudantur. quanto et peritius et in simili consilio utilius et uero etiam honestius his libris interpretandis editor Britannus operam nauauit W. D. Pearmanus.

Dabam Berolini m. Aprili MDCCCLXXXIII.

CICERONIS

DE LEGIBVS

LIBRI

A = *cod. Vossianus* 84
B = *cod. Vossianus* 86
H = *cod. Heinsianus* 118

LIBER PRIMVS

1 ATTICVS. Lucus quidem ille et haec Arpinatium quer-
1 cus agnoscitur saepe a me lectus in Mario: si manet illa quercus, haec est profecto; etenim est sane uetus.

QVINTVS. Manet uero, Attice noster, et semper manebit: sata est enim ingenio; nullius autem agricolae cultu stirps tam diuturna quam poëtae uersu seminari potest.

ATTICVS. Quo tandem modo, Quinte, aut quale est istuc, quod poëtae serunt? mihi enim uideris fratrem laudando suffragari tibi.

M. T. CICERONIS LUCULLUS | EXPLICIT .... INCIPIT DE LEGIB. LIB PRIM | *A* M. TVLLI CICERONIS LVCVLLVS EXPLICIT | INCIPIT LIBER PRIMUS DE LEGIBUS | *B, sed in hoc et inscriptio ab* INCIPIT *et ipsum initium libri* Lucus — agnoscitur *in loco, quem alia inscriptio occupauerat, per rasuram deleta.* M. TULL CICERONIS. Incıpıт de legıbuſ lıber prımuſ . . . *H* 1 *Nomina interlocutorum nulla habent ABH* quęrcus, *item u.* 3, *H* 2 ſepe *H* a me* *A* marıo ſınmaneт *A* marıo* ſınman& (ſ *e corr, fuit* marıoſ ınman&) *B* marıoſ Inman&, *primum* marıoſ I'ṇman& *h. e.* marıo ſı maneт *corr, deinde* ſın *superscr H* si enim manet *cum Dauisio Halmius et Baiterus* 4 maneт *in litura A* aттı|ce *sed* aттı *in litura A* 5 nulluſ *corr* nullıuſ *B* 6 ſтıpſ *A* ſтrıpſ *H* cultuṣ тıp ṣтam *B*, *sic saepe in hoc codice praua litterarum et syllabarum distinctione, quae punctis et lineolis regitur, uelut in hoc ipso capite* 6 uerſuṣ‿emınarı 8 eſтıṣ‿тuc *p.* 4, 5 тu‿eṣem pıтernā *p.* 4, 15 poeтaтu‿ıne: *sed genus significasse satis erit; singillatim talia recensere nil attinet, nisi ubi momentum facere uidebitur* uerſu* ſemınarı (*fuit* uerſuſ emınarı) *H* 9 poeтe *corr* тę *B* poeтę* *sed* ę *corr ex* e *A* poeтę *H* fraтre *corr* fraтrē *B* fraтrē (rē *in*

QVINTVS. Sit ita sane [uerum]: uerum tamen, dum 2
Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur, eaque, ut ait Scaeuola de fratris mei Mario, 'canescet saeclis innumerabilibus'; nisi forte Athenae tuae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt aut, quod Homericus Vlixes Deli se proceram et teneram palmam uidisse dixit, hodie monstrant eandem, multaque alia multis locis diutius commemoratione manent quam natura stare potuerunt. qua re glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit 'nuntia fulua Iouis, miranda uisa figura', nunc sit haec. sed cum eam tempestas uetustasue consumpserit, tamen erit his in locis quercus, quam Marianam quercum uocant.

ATTICVS. Non dubito id quidem; sed haec iam *non* 3
ex te, Quinte, quaero, uerum ex ipso poëta, tuine uer-

---

litura) *A* fratrē *H* 1 ȷta (ȷ *corr*) *A* ſane (a *e corr A*) uerum. Uerumtamen *ABH; alterum* uerum *om deteriores et editiones* 2 latinae *B* latine *AH* loquęnt *H* hinc *H* 3 dicatur (a *in litura*) *A* dicetur *Halmius, quod non fuisse in A ante lituram spatium persuadet, in quo* dicantur *haberi potuit* Eaquạe *B* ut* ait *A* (*uidetur* uti ait *fuisse*) ſceuola *H* 4 caneſ*cet *A* mario¦cẹne ſc& *H* (a *supra*) ſeclıſ *H, corr* ſę *B* innumerabibuſ *sed pr corr B* *De Scaeuola poëta deque hoc praeconio Marii Ciceronis disseruit Hauptius Opp.* 1, 211 5 athene tue *B pr* athęnę | tuę *H* ſempiternā* (a *corr*) *A* oleā (a *corr*) *A* patuerunt (o *supra*) *H* 6 deli¦ſe *H* deli**ſe (ſ *corr*) *AB* 7 eadem (N *supra*) *A* eandemultaq; *B sed* eandē *corr* 8 diu*tiuſ (*prius* u *corr*) *A* commemoratione* *A* 12 conſumſerit (p *supra*) *AB* conſumpſerit *H* 13 uocabunt *R. Klotzius* 14 ſed aec (h *supra*) *A* non *om AB* iam | nō *sed* nō *a corr add H;* non iam *cur maluerit Halmius nescio; uide si tanti est Academ. pr.* 2, 47, 144 deinde ad illa ueniam, quae iam non ad multitudinem, sed ad uosmet ipsos, qui adestis, pertinent. 15 uṭrū (e *supra*) *H sed* t *et* e *in rasura* poęta* (*uidetur ut saepe punctum erasum*) *H* poeta * tuine (tu *corr*) *A* poetatu‿ine *B*; *idem fuisse puto in A, ubi praua distinctio, ut saepe,*

sus hanc quercum seuerint, an ita factum de Mario, ut scribis, acceperis.

Marcvs. Respondebo tibi equidem, sed non ante quam mihi tu ipse responderis, Attice, certen *non* longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit se deum esse et Quirinum uocari templumque sibi dedicari in eo loco iusserit, et uerumne sit *ut* Athenis non longe item a tua illa antiqua domo Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum.

4 Atticvs. Quorsum tandem aut cur ista quaeris?

Marcvs. Nihil sane, nisi ne nimis diligenter inquiras in ea, quae isto modo memoriae sint prodita.

Atticvs. Atqui multa quaeruntur in Mario fictane an uera sint, et a non nullis, quod et in recenti memoria et in Arpinati homine uersere, ueritas a te postulatur.

---

efficaciore remedio sanatur 1 ſe*uerınт (*fuit* ſeruerınт) *A* 3 anтıquam *B, corr* anтequam *A* anтe quam *sed ut in* e *aliquid correctionis uideatur H* 4 mıchı *H fere semper et item* nıchıl, *quod non singulatim adnotabo* тu***A* aттıce (*prius* т *in litura*) *A* certen non longe *Camerarius* cerтen longe (g *in rasura corr A*) *AB* cerтe non longe *Heinsianus* certene non longe *unus codex Parisinus* certon non longe *Turnebus*

6 ꝓculo (c *supra*) *H* *ıulıo *A* 7 dedıcare *corr* rı *AB* dedıcarı* *H, uidetur in hoc quoque primo* dedıcare *fuisse* 8 ut *addidit Rathius, quod audiri Turnebus adnotauerat* uerũnefıт · aтnıſ (nefıт *in litura*) *A* uerũnefıтaт · nıſ *B* uerum ne ſıт ¨aтhenıſ (*in marg* ¨an ıſ) *Heinsianus* uerene Athenis *cum Dauisio Halmius et Baiterus, sed* uerene *non explet spatium in A* 9 orıтhıam *B* orıтhı Iam *Heinsianus* orıтhı*am *A* aquıla (o *supra*) *A* 10 cur ſum *corr* quor ſum *B* quoſum (r *supra*) *H* querıſ *H* 11 Nihil *scribit quasi praecessisset non* cur *sed* quid ista quaeris, *quem ad modum ad fam.* 9, 3 *extr.* sed quid ego nunc haec ad te? nihil scilicet, nisi ut rescriberes aliquid. ınquırıſ (a *supra*) *B* 12 ſınт *hoc loco cum AB Heinsianus quoque sed statim u.* 14 ſunт (ı *supra*) *idem* (*Halmius errat*) 13 querunт *H* 14 & *ante* a *in litura A* 15 uerseris ueritas *I. F. Wagnerus* uersere ueritas *A. W. Zumptius, Hauptius* uelſe|uerıтaſ *B* uelſe (d *supra*) uerıтaſ *A* ul¨ſe uerıтaſ (*in margine* ¨ſed) *H*

Marcvs. Et mercule ego me cupio non mendacem putari, sed tamen *non* nulli isti, Tite noster, faciunt imperite, qui in isto periculo non ut *a* poëta, sed ut a teste ueritatem exigant; nec dubito quin idem et cum Egeria conlocutum Numam et ab aquila Tarquinio apicem inpositum putent.

Qvintvs. Intellego te, frater, alias in historia leges 5
obseruandas putare, alias in poëmate.

Marcvs. Quippe cum *in* illa *omnia* ad ueritatem, Quinte, referantur, in hoc ad delectationem pleraque: quamqam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

---

1 mercule *A* me[he]rcule *B* me hercule *H* *Confer Lachmannum in Lucret. p.* 152 2 putarıſ · Eτ *B* *sed* putarı*Sed *corr* tam̃ non nulli *Heinsianus* τamen nullı *B* τamen *omisso* nonnullı *A* (*sic*) ıſτιτιτe n̄τ *B* ıſτιτιτę n̄r (*duae litterae ante* e *in litura et satis obscurae*) *Heinsianus* ıſτı***τιτe non *sed* τı *alterum et* on *in litura A* facıěnτ *B* 3 periculo] ‘periculum *hoc loco significat id quod fit ab artifice tantum experiendi et periclitandi ingenii gratia, seu quod primo ab artifice excogitatur et efficitur, ut postea expoliatur et accuratius absoluatur. extat titulus libr.* VII *codicis Iustin.* de sententiis ex periculo recitandis.’ *Lambinus, qui primus hanc librorum scripturam in textu posuit; superiores* opusculo. *Confer Nipperdeium Opp. p.* 156 uτ poeτa *AB* uτ[a] poeτa *Heinsianus* ſed uτ**eſτ*aτe | (*fuit* ſed uτaτeſτeaτe) *A* ſed uτ aτeſτe *Heinsianus* Eτ uτ aτeſτe *B* 4 ɴe[c] *A* cō̆*egerıa (*fuit* com) *A* quŏme[c] gerıa *B* cum egerıa *H* 5 numam *H* 6 ımpoſıτum *H* ımpoſıτo *A* puτenτụṛ *B* 7 alıaſ[s] (*superscr notam non intellego, sed hic et u.* 8 alaſ *uidetur scriptum fuisse, pr corr in* alıaſ) *H* ınıſτorıa *A* mıhı ſτorıa *rasura mutatum in* ın hıſτorıa *B* ı[h]nıſτorıaṣ | legeſ (ſ *in rasura corr*) ọbſeruandaſ *sic H* 9 cū ın (*in rasura corr ex* cum *ut uidetur*) ılla *Heinsianus* cū ılla *A* cum ılle *corr* ıllę *B* omnia *addidi* (referantur omnia *Ernestus*) 10 quı‿ınτe *B* quıɴ*τe *sed* ɴ *corr A* quınτe *H*; *praue iudicant qui ex* Quinte, *qua appellatione nihil aptius esse potuit hoc loco, aut* cuncta *aut* quaeque *efficiunt* reſferanτ̃ *H* in hoc *R. Stephanus* ın hac *AB Heinsianus* delec[τa]τıonē *A* 11 quā[ɴ]quā *B* apuṭ[d] *B* 12 τheoponpum *A* τheopā[ᴏɴ]pum *B* τheopompum *H* ſu[ı]nτ *H* ınnumerabılıſ fabule *B pr* fabule *H*

2 ATTICVS. Teneo quam optabam occasionem neque omittam.

MARCVS. Quam tandem, Tite?

ATTICVS. Postulatur a te iam diu uel flagitatur potius historia; sic enim putant, te illam tractante effici posse ut in hoc etiam genere Graeciae nihil cedamus. atque ut audias, quid ego ipse sentiam, non solum mihi uideris eorum studiis, qui litteris delectantur, sed etiam patriae debere hoc munus, ut ea, quae salua per te est, per te eundem sit ornata. dest enim historia litteris nostris, ut et ipse intellego et ex te persaepe audio. potes autem tu profecto satis facere in ea, quippe cum sit opus, ut tibi quidem uideri solet, unum hoc orato-
6 rium maxime. quam ob rem adgredere, quaesumus, et sume ad hanc rem tempus, quae est a nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta; nam post annalis

---

1 obτabam *B* 2 obmıττã *A* omıττã (o *in rasura duarum litt capaci*) *H* 4 dıu uł *Heinsianus* dıu& *sed* u& *in litura A* dıu*eτ *sed* u *et* τ *corr* (*fuit* dı uel) *B* diu et *Halmius, quod apparet nullam fidem habere* 6 grecıae *A* graeτıae *B* gr̃ę (*in marg* grecıe) *H* 7 aůdıaſ (u *in ras corr*) *H* 8 eorũ τudıſ *sed* ſ *ante* τ *add corr B* eorum*ſτudıſ (ıſ *in litura*) *A* quı lıττerıſ *Heinsianus* queųı lıττerıſ (que *mutatum in* quı) *A* Quıτuıſ lıττerıſ *sed* τ *ante* u *corr B* qui in litteris *Halmius, at non* in *habet A sed* ui, *quod apparet, unde ortum sit* 9 paτrıe *corr* paτrię *B* que *H*, *corr* quę *B* pτe*ẽ *A* 10 τe̊undem *B* ornaτa · aτ · ẽ (τ *et* ẽ *in litura*) *A* ornaτa · A τe *mutatum in* Aτ · ẽ · *B* ornaτa · Ad̦ē (*quid super* d *scriptum fuerit obscurum, uidetur* b *uel* τ) *Heinsianus; fuit opinor* ornata dest: *unde errores nati; confer* derit *p.* 14, 12; 3, 13, 30; *Lachmannum in Lucr. p.* 20; *uulgabatur* abest 11 ıntellıgo *corr* ıntellego *A* 12 poτeſ* *A* (*fuit* poτeſτ) 13 hoc *A* 14 aggredere *H* queſumuſ *H*, *corr* quęſ *B* 15 que ẽ (ẽ *erasum*) ... ıgnoraτur (ur *e corr*) | auτ relıcτa· (*sed* ē *rursus inductum*) *H; apparet quid uario consilio temptauerit corrector* 16 annalıſ *B*, *corr* annaleſ *A*

pontificum maximorum, quibus nihil potest esse ieiunius, si aut ad Fabium aut ad eum, qui tibi semper in ore est, Catonem aut ad Pisonem aut ad Fannium aut ad Vennonium uenias, quamquam ex his alius alio plus habet uirium, tamen quid tam exile quam isti omnes? Fanni autem aetate coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius habuitque uires agrestis ille quidem atque horridas sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit ut adcuratius scriberent. ecce autem successerunt huic belli, Clodius, Asellio: nihil

---

an*naleſ (*fuit* anım) *H* 1 ieiunius *Vrsinus* ıucundıuſ *ABH sed in hoc* ıu *corr ex* ıo *ut uidetur* *Mirum est tot uiros doctos maluisse aut corrigendo aut defendendo operam perdere quam optime inuento uti: nam hoc manifestum est requiri simile illi quod sequitur* exile *et quidem grauius: poterat enim eadem sententia uel hoc modo efferri:* quid tam exile est quam aut annales pontificum, quibus nihil potest esse ieiunius, aut Cato, Piso, Fannius, quamquam ex his alius alio plus habet uirium? *ad exemplum horum de finibus* 3, 22, 74 quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositum tamque compactum inueniri potest. 2 ad* fabıum (d *in ras corr, fuit* auτ, *in marg* auτ) *H* 3 eſτ | *corr H* faⁿnıũ *H* 4 Quãquã *B* 5 exılle* *sed prius* l *erasum et* e *postremum corr B* exıle*(e *postremum corr, fuit ut uidetur* exılle) *A* exıle *H* 6 fannı *B* fannu *AH* Fannio *Turnebus* aetati *nescio quis apud Turnebum* Antipater *cod. Parisinus Moseri, editiones* paτer *B* paτ̃ *AH* 7 Habuıτ quae *B* uıreſ (uı *in ras corr*) egreſτeſ *H* 8 paleſτra *ABH* 9 ammonere *H* admonere lıquoſ *A* ut] ıd *B* adcuraτıuſ *per rasuram mutatum in* acc *AB* accuraτıuſ *H* 10 successerunt *scripsi* ſucceſſere *ABH uulgo, sed cf. Or.* 47, 157; *Quintil. inst.* 1, 5, 44; *et nusquam in his quidem libris* ere *terminatio tradita est* bellı glodıuſ aſılıo *A* bellıgladıuſaſılıo *B* huic bellı glodıuſ aſılıo (*sic*) *Heinsianus* Asellio *R. Stephanus* belli *uerum puto nec sine grata quadam et conuenienti huic sententiae ironia dictum, ut non sit, quod de Gellio uel Gelliis, quorum nomen ex* belli *non belle fictum illis duobus praemitti nonnulli uoluerunt, operosius quaeratur.* [*Mihi assenserunt M. Hertzius prooem. Vratisl.* 1871 *p.* 1 *Teuffelius hist. litt. Rom.* 37 *n.* 6 *O. Meltzerus Fleckeis. ann.* 1872

ad Coelium, sed potius ad antiquorum languorem et inscitiam.
7 nam quid Macrum numerem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia sed ex librariolis Latinis, in orationibus autem multas ineptias, elatio summam inpudentiam.

---

p. 429: *contra dixerunt cum alii tum is qui nimis inconsiderate iudicat Iordanus* (*Herm.* 6, 209); *quidquid enim de* bellis *statuitur, iudicium de Asellione idem est neque agitur de fide et uirtute historica sed de stilo et oratione: temere uero Valerium* (*Antiatem*) *desiderat, eius adeo nomen ex* belli *prolici posse hariolatus. contra* belli *nata uox ad recipiendum colorem ironicum* (*ut* bellus hospes, bellum filium, bellus blanditur tibi *apud Plautum*); *duo autem nomina, quasi exempli causa,* ἀσυνδέτως *ponuntur plane de more, uelut ad Att.* 6, 3, 5 amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium; *de leg.* 2, 23, 59 ueteres interpretes, Sex. Aelius, L. Acilius.] 1 coeliū *A* caelium *B* cęliū *H* langˇorē *A* langorem *H* ın | ſcıtıam *sed* c *corr ex* τ *B* &̤ ınſcıtıam (*in marg* atq:) *H* 2 nam] ᴺtā *B* Macrum *Carolus Sigonius* acrū *AB* acrum *H* loquacıtaſ* *sed* acıtaſ *in rasura B* 4 grecorū *AH* ex ⁺lıberalıo lınguıſ (*in marg* ⁺lıbrarıolıſ) *H* 5 multas ineptias *deteriores nonnulli, R. Stephanus* multāſ& ıneptuſ *AB* multaſ ‸ıneptuſ (*in marg* multuſ &) *H* [*Voluit corrector* multus et ineptus (*ut* multus et insolens, multus et odiosus, multa et molesta), *quod aut recipiendum aut abiiciendum totum est, non abutendum ut inde efficiatur aliud* elatio *codex S. Victoris, R. Stephanus* datıo *BH* dacıo *sed* c *mutatum in* τ *A*

ſūmā inpudentıā (*fuit utrobique* ā) *A* ſummā ınpudentıam *B* ſummâ ınpudentıam (*sic*) *H* [*Quod posui ut proxime accedit ad litteras traditas, non correctas, ita concinnitate orationis adiuuatur:* 'cuius loquacitas habet aliquid argutiarum, in orationibus multas ineptias'; *et* 'loquacitas habet multas ineptias, elatio summam impudentiam'. *quo minus sequar Mommseni coniecturam* (*Chronol. p.* 95) latinis. In orationibus autem multa set inepta elatio, summa impudentia, *compluribus probatam, quae nec nititur scriptura primitiua et ipsa forma et structurae genere parum commendari uidetur: ceterum* elationis impudentia *recte dicitur si quidem*] impudentia *cuiusuis rei est, quae modum excedat: de or.* 3, 43, 169 abutimur saepe etiam uerbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiamsi licentius tamen interdum non impudenter (*Horatius* licentia sumpta pudenter): *cui contraria est* uerecundia

Sisenna, eius amicus, omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superauit; is tamen neque orator in numero uestro umquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse uideatur, eum tamen uelle dum taxat imitari: quem si adsequi posset, aliquantum ab optumo tamen abesset. qua re tuum est munus hoc, a te expectatur: nisi quid Quinto uidetur secus.

Qvintvs. Mihi uero nihil, et saepe de isto conlo- 3 8
cuti sumus; sed est quaedam inter nos parua dissensio.

Atticvs. Quae tandem?

Qvintvs. A quibus temporibus scribendi capiat exordium: ego enim ab ultimis censeo, quoniam illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem, ipse autem aequalem aetatis suae memoriam deposcit, ut ea conplectatur, quibus ipse interfuit.

Atticvs. Ego uero huic potius adsentior; sunt enim maxumae res in hac memoria atque aetate nostra, tum autem hominis amicissimi Cn. Pompei laudes inlustra-

---

uelut translationis, *Or.* 24, 81 1 * ſiſenna *A* ei' *AH* ẖeiuſ *B* meus *Corradus coll. Brut.* 75, 260 ſcriptoriſ *corr* eſ *AB* ſcriptoreſ *H* 3 ſuperauitiſ tamen *B pr* 4 in historia *B* 5 puerili *corr* ile *A* clitarcum *A* clitharchū *B* diterarum (*in margine* clitarchūſ *sic*) *H* 6 ppretea (*in margine* preterea) *H* greciſ *AH* 7 aſſequi | poſſed *H* 8 adobtumo *B* 9 tuū (ū *in ras corr*) *H* hoc · a te *B* 11 ſepę *H* 12 ſimuſ *B* eſt q̃edam (ſt *et* q̃ *in ras corr*) *H* 13 Que *H* 14 capiat *ABH sed corr* (*etiam in A*) capiat̃ 16 neglegantur *B* ne legant̃ (*in marg* neglegantur) *H* ipſe* *A* 17 ſu ememoria *sed* ſuę memoria *corr B* memoria *corr* ā *H* complectat̃ *H* 19 adſentior *A* aſſentior *H* 20 maxumae *B* maxime *A* maximę *H* at a&ate *B* tu *corr* tū *B* Cum *H* 21 · c · n · *AB* · G · n · *H* inluſtra-

bit, incurret etiam in illum *diuinum* et memorabilem annum suum: quae ab isto malo praedicari quam, ut aiunt, de Remo et Romulo.

Marcvs. Intellego equidem a me istum laborem iam diu postulari, Attice: quem non recusarem, si mihi ullum tribueretur uacuum tempus et liberum; neque enim occupata opera neque inpedito animo res tanta suscipi potest: utrumque opus est, et cura uacare et negotio.

9 Atticvs. Quid ad cetera, quae scripsisti plura quam quisquam e nostris, quod tibi tandem tempus uacuum fuit concessum?

Marcvs. Subsiciua quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior, ut, si qui dies ad rusticandum dati sint, ad eorum numerum adcommodentur quae scribimus: historia uero nec institui potest nisi praeparato otio nec exiguo tempore absolui; et ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus *sum*, si traducor alio, neque tam facile interrupta contexo quam absoluo instituta.

10 Atticvs. Legationem aliquam nimirum ista oratio

---

uıт *sed* bıт *pr corr B* ınluſтrabaт (i *supra*) *H* 1 ıllum eт *AB* ıllum *H* diuinum *addidi: confer Philipp.* 13, 19, 44 memorabilis ac diuina uirtus; *ad fam.* 1, 9, 18 commemoranda et diuina liberalitas, *et similia saepe*, diuina et egregia, eximia diuinaque, incredibilis et diuina uirtus, diuina et incredibili fide memorabıle mannum *B sed per rasuram correctum* 2 quae] quę *corr* quē *H* 3 aıunт *in litura A* romo *corr* remo *B*, *idem* remulo *sed pr corr* 4 equıdē *corr ex* æquıdē *ut uidetur B* 5 recuſſarem *sed* ſ *prius erasum A* 6 тemp*uſ (l *ut uidetur deletum*) *A* lıberum *sed* um *in litura A* 7 ocupaтa (c *supra*) *A* ımpedıтo *BH* anımoreſ* (т *erasum*) *B* ¨aṃọ reſ (*in marg.* ¨anımo) *H* 8 cura (c *corr*) *A* 9 quodaceтera (d *supra*) *sed* quıd *corr A* cętera que *H* 10 тıbı (ı *prius corr*) *A* 11 concessum *Heinsianus* concenſuſ *AB* 12 que *H* 14 adcommodenт (c *supra*) *AB* accommodenт *H* 16 ¨amı (*in marg* ¨anımı) *H* 17 quıd | *orſuſ (d *e corr*) *H* orſuſ ſı *ABH* orsus

postulat aut eius modi quampiam cessationem liberam atque otiosam.

Marcvs. Ego uero aetatis potius uacationi confidebam, cum praesertim non recusarem quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere. sic enim mihi liceret et isti rei, quam desideras, et multis uberioribus atque maioribus operae quantum uellem dare.

Atticvs. Atqui uereor ne istam causam nemo no- 4 11
scat tibique semper dicendum sit, et eo magis, quod te ipse mutasti et aliud dicendi instituisti genus, ut, quem ad modum Roscius, familiaris tuus, in senectute numeros in cantu cecinerat ipsasque tardiores fecerat tibias, sic tu a contentionibus, quibus summis uti sole-

---

sum si *olim correctum* (*conf. Nizolium s. u.* ordior) 1 ceſſationem *B* ceſſ̣ione̅ (at *sup.*) *A* ceſſionem (*in marg* ceſſationē) *H* (*confer Maduigium Emendat. in Cic. lib. philos. p.* 89) liberãatq; atq; otioſam *sed* ˜ *e corr B* 2 otoſam *A* 4 comminuſ *B* more *B* (*Halmius errauit*) more ∗ (*fuit* morem) *H* (*sic*) 5 Reſponderent̤ (m *sup.*) *B* ſenec|tutiſque (t *prius corr*) *A* 6 ȷnertiſ *sed* rt *e corr A* ſenectutiſ que̜ non ertiſ (qi, in *sup.*) *H* 8 opere *H* 9 uellendare (m *sup.*) *B* 10 atqui *B* Atqui *sed* At *in litura A* Aſt qui *Heinsianus* causam noscat *i. e.* excusationem admittat: *quo de usu Mommsenus CIL.* 1, 67: *adde Plauti Truc.* 2, 1, 18 *Spengelii* 11 quo te *A* 12 Inſtituti (iſ *sup.*) *H* 13 roſciuſ (p. *sup.*) *A* p̄·ſciuſ (·ro· *sup.*) *B* roſciuſ *H* numeruſ *sed* oſ *corr A* 14 cecineran̥t *A* incantu·ce‿cinerat *B* in cantu remiserat *Lambinus*; *conieci* numeros in cantu (remissius quam ante) cecinerat; *quippe ita sentio nec* in cantu n̦ec cecinerat *recte temptari*, *ex* tardiores *autem quoniam simile in priore parte orationis audiri posse non uidetur, addendum quod sententiam perficiat. Conf. de or.* 1, 60, 254 solet Roscius dicere se quo plus sibi aetatis accederet eo tardiores tibicinis modos et cantus remissiores esse facturum. ipſaq; (ſ *sup.*) *B* 15 contentionibus *unus Goerenzii*, *Victorius* contionibuſ *A* ſittua (c *sup.*) contionib; *B* ſic|tu aconcio-

bas, cottidie relaxes aliquid, ut iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit: quod sustinere quom uel summa senectus posse uideatur, nullam tibi a causis uacationem uideo dari.

12 QVINTVS. At mercule ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad ius respondendum dedisses: quam ob rem, quom placebit, experiendum tibi censeo id.

MARCVS. Si quidem, Quinte, nullum esset in experiundo periculum: sed uereor ne dum minuere uelim laborem augeam atque ad illam causarum operam, ad quam ego numquam nisi paratus et meditatus adcedo, adiungatur haec iuris interpretatio, quae non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quod dicendi cogitationem auferat, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere.

13 ATTICVS. Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subsiciuis, ut ais, temporibus et conscribis de iure ci-

---

nıb; *H* ſumıтuſ uтı *H* 1 coттıdıe *B* coтıdıe *AH* relaxıſ *corr* eſ *A* relax[a]ıſ *B* relaxeſ *H* uт*ıā *A* uti iam *Gulielmius* araтıo *B* 3 cū *A in litura, puto* quom *fuisse;* cū *B* cum *H* nullaтıbı | cauſıſ *sed* ā *corr et* a *ante* cauſ *in margine add B* 4 a cauſıſ (ca *in ras corr*) *H* 5 ad[т] mercule *AB* Aт (т *e corr*) me hercule *H, cf. p.* 6, 1 poſe *B* 6 probarı* *A* ſı [тe ad] auт ıuſ *B* 7 cō* *A* cū *B* cum *H* experıendum *ABH sed* 10 experıundo *AB* experı[u]ando *H* 8 cenſeo·ıd ſı *ABH* id censeo. *M.* Si *Turnebus*; cenſeo. *M.* Si *inducto* id *Garatonius ad Milonianam* 18, 48 (*cf. Maduigius Emend. p.* 3); *fortasse* experiendum tibi censeo id (esse). *M.* Si, *uel* experiendum tibi censeo id (quidem). *M.* Si quidem; *repetitum breui interuallo* quidem *uide Brut.* 3, 13 uolui id quidem efficere certe, et capio magnum fructum, si quidem, quod uolui, consecutus sum; *de nat. deor.* 3, 32, 79 debebant illi quidem omnes bonos efficere, si quidem hominum generi consulebant. 9 quıñтe (*sic*) *B* quın*тe *A* qnтe *H* 10 mınuerı uel ın *sed* mınuere uelım *corr AB* mınuere | uelım *H* 11 aт quā *corr* ad *A* 12 adcedo *A sed* acc *corr,* a[c]cedo *B* accędo *H* 13 hec *H* que *corr* quę *B* 18 aıſ *Heinsianus* alıſ *B* alıſ *in litura A: fuitne* aiis? *ut*

uili suptilius quam ceteri? nam a primo tempore aetatis iuri studere te memini, quom ipse etiam ad Scaeuolam uentitarem, neque umquam mihi uisus es ita te ad dicendum dédisse, ut ius ciuile contemneres.

MARCVS. In longum sermonem me uocas, Attice, quem tamen, nisi Quintus aliud quid nos agere mauult, suscipiam, et, quoniam uacui sumus, dicam.

QVINTVS. Ego uero libenter audierim; quid enim agam potius aut in quo melius hunc consumam diem?

MARCVS. Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque 14 pergimus, ubi, cum satis erit ambulatum, requiescemus; nec profecto nobis delectatio derit aliud ex alio quaerentibus.

ATTICVS. Nos uero et hac quidem ad Lirem si placet

Quintilianus dicit (*inst. or.* 1, 4, 11) Ciceroni placuisse aiio Maiiamque geminata i scribere. 1 ſupتılıuſ *sed* ſub *corr A* ſubtılıuſ *BH* cęterı *Heinsianus* ceterıſ *AB* nam[a] *A* 2 ıurı∗ (*fuit* ıurıſ) *A* memım *corr* memını *A* quo[v]m *A* cū *B* cum *corr in* qu[o]m *deinde radendo effectum* qun (*sic*) *H* ſceuolam *AH* [ſ]ceuolam *B* 3 uentı[t]arē *A* uentıtarā *sed* arē *corr pr B* uentıtarē *H* 4 contemnerıſ *corr* eſ *AB* contempnereſ (e *ante* ſ *in ras corr*) *H* 5 ſermonum *corr* nem *A* me[re] uocaſ *H* 6 quın∗tuſ *A* quı[n]ętuſ *B* quıntuſ *H* alıu[d]ſ *H* quıt *corr* quıd *A* 7 dı[c]tam *H* 9 melıuſ (l *in ras corr*) *H* conſummam *Heinsianus* conſūmā *A* conſummā *B* 10 Cuın *corr* Quın *H* ſpatıa *H* ſpacıa *A* adıllaſ pacıa *B* 11 pgımuſ *H* perg[a]ım *B* pergamuſ *sed* a *ut uidetur corr A* [de]ambulatum *H* 12 de[e]rıt *ABH*, *cf. p.* 7, 10 alıut *B* querentıb; *AH*, quę *corr B* 14 [h]ac *B* ad Lirem *Bakius* adırem *AB* adıre *Heinsianus*; *illo* ad Lirem *uniuerse regio significatur, cui commode subiiciuntur haec, quibus accuratius uia designetur,* per ripam et umbram; *et* Lirem *nominari cum aptum sit propter* ripam *tum prope necessarium propter ea quae in prooemio secundi libri* 1, 1 *ab eodem Attico dicuntur,* in Fibreno, nam opinor id illi alteri flumini nomen est, *quae uix satis apte dici uideantur, nusquam in superioribus alterius amnis, qui*

per ripam et umbram. sed iam ordire explicare, quaeso, de iure ciuili quid sentias.

Marcvs. Egone? summos fuisse in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo et responsitare soliti sint, sed eos magna professos in paruis esse uersatos. quid enim est tantum quantum ius ciuitatis? quid autem tam exiguum quam est munus hoc eorum, qui consuluntur? quamquam est populo necessarium. nec uero eos, qui ei muneri praefuerunt, uniuersi iuris fuisse expertis existimo, sed hoc ciuile quod uocant eatenus exercuerunt, quoad populo praestare uoluerunt; id autem in cognitione tenue est, in usu necessarium. quam

---

est Liris, mentione facta 2 ſenciaſ *B* 3 ego ne (*in marg* memini) *H* ſummuſ *corr* ſummoſ *B* 4 qui id] quid *H* 5 pfeſſuſ *H* 6 enī eſt *H* enim · ē · *corr* enim · ē · (*h. e.* enim mihi est) *A* enī mihi ē *B* Quid *Heinsianus* quā *AB* 7 e* (*uidetur* ex *fuisse*) *B* erum *A* 8 quamquam *deteriores pauci, Turnebus* quā *AB* quod *H* neceſſario *B* neceſſarıum *H* quamquam ... necessarium *auctore Reifferscheidio induxit Baiterus, maxime ne Cicero idem iterum u.* 12 *posuisse uideretur; qui tamen non dubitauit scribere Oratore* 21, 69 probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriae: nam id unum ad obtinendas causas potest plurimum. sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi, subtile in probando, modicum in delectando, uehemens in flectendo; in quo uno uis omnis oratoris est. *nec absimile quod hoc ipso capite p.* 13, 12 *et* 15 *paucorum interuallo uersuum legitur* causarum operam, ad quam ego numquam nisi paratus et meditatus accedo *et* dicendi cogitationem, sine qua ad nullam maiorem umquam causam sum ausus accedere, *quorum illud deleri cupit Bakius* 10 exptiſ *sed* ı *corr in* e *A* exptiſ *sed* ı *ambiguum B* expteſ *H* 11 populo *B* populū *sed corr* populo *A* quo | ad poplm (*in marg* populo) *H* preſtare *H* 12 in cognitione tenue *Oudendorpius et Maduigius* (*Emendat. p.* 6 *Opp.* 2, 134) incogniti detenui *AB* incogniti de tenui eſt (*in marg* eſt minuſq:) *H. Apparet errores ex hac scriptura* in cognitiōe *ortos* inu*ſu *A* (*fuisse* inuiſu *uidetur*

ob rem quo me uocas aut quid hortaris? ut libellos conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? an ut stipulationum et iudiciorum formulas conponam? quae et conscripta a multis sunt diligenter et sunt humiliora quam illa, quae a nobis expectari puto.

Atticvs. Atqui, si quaeres, ego quid expectem, quo- 5 15
niam scriptum est a te de optimo rei publicae statu, consequens esse uidetur ut scribas tu idem de legibus: sic enim fecisse uideo Platonem illum tuum, quem tu admiraris, quem omnibus anteponis, quem maxime diligis.

Marcvs. Visne igitur, ut ille Cretae cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aestiuo, quem ad modum describit, die in cupressetis Gnosiorum et spatiis siluestribus, crebro insistens, interdum adquiescens, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat, sic nos inter has procerissimas populos in uiridi opacaque ripa inambulantes, tum autem residentes, quaeramus isdem de rebus aliquid uberius quam forensis usus desiderat?

---

1 ortarıſ *B* horıtarıſ *sed* hort *ras corr H* 2 ſtellıcıdıor. *H* (*sic*) anſtıpulatıonū *B* aut || ſtıpulatıonum *H* 3 formuloſ *sed* aſ *corr B* formulıſ *H* componā *B* 4 & · con ſcrıp|ta *BH* 6 adquı *B* quereſ *H* quaeris *Rathius* 7 ẽſatate (t *prius in ras*) *H* · RI · P · *B* · R · p. *sed* R *in litura A* reı · p · *H* 8 conſequenteſ ſe *B* 10 ammıraríſ *H* 12 crete *BH* crete *A* cum Crete *Turnebus* 13 lacedemonıo *ABH* Megillo *editiones* megal*o (*fuit* megallo) *B* maegala *sed* a *ultimum in litura A* megallo *H* eſtıuo *H* 14 cupraeſſ&ıſ *A* cupſſetıſ *H* noſıorũ *B* conoſıor. *H* ſpacıſ *B* ſpacıı | (*sic*) *H* ſıueſtrıb; *B* 15 atquıeſcenſ *sed* ad *corr A* adquıeſcenſ *B* adquıeſcenſ *H* 16 disputat *Turnebus* dıſputanſ *ABH* disputauit *Klotzius* 17 pceríſſımaſ (erıſ *in litura*) *A* pcer|rımaſ *H* populo *A* uırıdı opacaq; *H* uırıdıo pacaq; *B* uırıdı*opacaq; (o *corr*) *A*, *fuisse in hoc quoque* uırıdıo pacaq; *uidetur* 18 cum *corr* tum *H* 19 queramuſ *B* Hıſdem *B* hıſdem *A* ıſdem *H* alıqd *B*

Atticvs. Ego uero ista audire cupio.

Marcvs. Quid ait Quintus?

Qvintvs. Nulla de re magis.

Marcvs. Et recte quidem: nam sic habetote, nullo in genere disputando posse ita patefieri, quid sit homini natura tributum, quantam uim rerum optimarum mens humana contineat, cuius muneris colendi efficiendique causa nati et in lucem editi simus, quae sit coniunctio hominum, quae naturalis societas inter ipsos; his enim explicatis fons legum et iuris inueniri potest.

17 Atticvs. Non ergo a praetoris edicto, ut plerique nunc, neque a duodecim tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas.

Marcvs. Non enim id quaerimus hoc sermone, Pom-

2 qd* (d *corr ex* u) *A*, *fuit* qui quin*tuſ *A* quictuſ *B* quintuſ *H* 4 habeote *H* 5 posse ita *scripsi* honeſta *AB* diſputando honeſta (*in marg* magis) *H*. [*Tenui quod posueram; non magno enim molimine* posseita *ex* honeſta *reciperari uidetur et in genere dicendi quid uituperetur non intelligo: nam et* posse *ualde huic orationi accommodatum*, *ut in illis* quibus nihil potest esse ieiunius (*p.* 8, 1, *cf.* 1, 18, 49) *multisque similibus, et* ita *in ipsa sententia habet quo referatur* (nullo in genere ita ut in hoc), *id quoque de more* (*de fin.* 3, 22, 74), *nec* genere *sibi quod addatur requirit, quae uox uniuerse rem, materiam, argumentum disputationis designat* (1, 21, 56; 2, 19, 47; *de rep.* 1, 11, 17), *denique*] disputando *recte et ex usu coniungitur cum* patefieri, *ut de oratore* 1, 57, 244 patefecit dicendo; *de rep.* 1, 16, 25 cum disputando rationibusque docuisset; *pro Scauro* 9, 19 quae potest eloquentia disputando ignoti hominis impudentiam confutare, *et in his ipsis libris* 3, 6, 14 inlustrauit omnem hunc ciuilem in disputando locum 6 anatura *H solus* *cf. Maduigium de fin. p.* 506 uim (ui *in ras*) *H* obtimarū *B* 7 colendi *corr ex* colindi *A* 8 nati**& inluce medititiſsim *B* ſumuſ *H* que *H* 9 coniuntio *A* hominū q; *A* hominū·que *sed corr* quę *B* hominum · quę *H* 10 iſ *B* explicabiſ *B* explicatoſ *corr* iſ *A* explicatiſ *H* 13 filoſophia auriendam *H* auriendam *B* 14 putam *sed ambigue H* 15 querimuſ *H* pom-

poni, quem ad modum caueamus in iure aut quid de quaque consultatione respondeamus. sit ista res magna, sicut est, quae quondam a multis claris uiris, nunc ab uno summa auctoritate et scientia sustinetur, sed nobis ita conplectenda in hac disputatione tota causa est uniuersi iuris ac legum, ut hoc ciuile quod dicimus in paruum quendam et angustum locum concludatur [naturae]: natura enim iuris explicanda nobis est eaque ab hominis repetenda natura, considerandae leges, quibus ciuitates regi debeant, tum haec tractanda quae conposita sunt et descripta iura et iussa populorum, in quibus ne nostri quidem populi latebunt quae uocantur iura ciuilia.

QVINTVS. Alte uero et, ut oportet, a capite, frater, 6 18
repetis quod quaerimus; et qui aliter ius ciuile tradunt non tam iustitiae quam litigandi tradunt uias.

MARCVS. Non ita est, Quinte, ac potius ignoratio iuris litigiosa est quam scientia. sed hoc posterius: nunc iuris principia uideamus.

Igitur doctissimis uiris proficisci placuit a lege, haud scio an recte, si modo, ut idem definiunt, lex est ratio

---

poni (oni *ex* om *corr*) *H* 2 quaquę *H* 3 condam *corr* qondam *B* que condam *corr* quę qondam *H* 4 ſed *corr ex* & *A* nobis ita '*ex antiquo libro*' *Manutius* noriſ iſta *ABH* nobis ista *Corradus* nobis *omisso* ista *R. Stephanus* 5 conpletenda *B* hanc *B* 7 concludatur · natura '*ex antiquo libro*' *Manutius, R. Stephanus* concludatur naturae · natura *ABH* 9 conſideranda elegeſ *corr* conſiderandæ * legeſ *B* conſiderande legeſ *H* 10 ciuitatiſ *corr* eſ *AB* ciuitateſ *H* cũ *H* 11 conpoſita *AB* compoſita *H* 12 nri* (*fuit* nriſ) *B* uocabunt *H* 14 alte * (*fuit* alter) *B* Altero uo *H* 15 querimuſ *AH* q;rimuſ *B* q * *A* alteriuſ *corr* alter · iuſ *B* "alteri iuſ (*in marg* "aliter) *H* 16 iuſticiae *A* uiaſ Nonita · ē · *in litura A* 17 quin*te *A* quinçte *BH* ac *corr* at *AB* aç *H* 20 aut *corr* haud *A* aut *B* Hauſcio *H*

summa, insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria: eadem ratio cum est/in

19 hominis mente confirmata et perfecta, lex est. itaque arbitrantur prudentiam esse legem, cuius ea uis sit, ut recte facere iubeat, uetet delinquere; eamque rem illi Graeco putant nomine *a* suum cuique tribuendo appellatam, ego nostro a legendo: nam ut illi aequitatis, sic nos delectus uim in lege ponimus, et proprium tamen utrumque legis est. quod si ita recte dicitur, ut mihi quidem plerumque uideri solet, a lege ducendum est iuris exordium; ea est enim naturae uis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula. sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur ora-

---

1 in *auctore Maduigio tollunt Halmius et Baiterus: quod mihi abesse non posse uidetur, dicit enim diuinam rationem quae est insita in rerum natura* que *B pr* eaque *H* eaq; *B pr* 2 ꝓhıb& quae *AB* Prohıb& que (*corr pr* quę, *dein* q: quę) *Heinsianus* 3 perfecta *scripsi* confecta *ABH; confer p.* 29, 9 confirmat ipsa per se rationem et perficit; *p.* 22, 13 ratio adoleuit atque perfecta est; *et saepe alias* perfecta ratio *tam in his libris quam in aliis Ciceronis dicitur; praefixa praepositio corruptelam traxit a proximo* confirmata, *quem ad modum simili errore de fin.* 3, 3, 11 nihil adiuuare arbitror neque adfirmare *scribitur pro eo quod uerum puto* confirmare *uel* firmare. *confer ibidem* 2, 26, 82 nulla expectata nec exquisita uoluptate *pro* quaesita 4 ıuſſıt (ıu *in ras, obscure, in margine* uıſ) *H* 5 eamquae *A* 6 greco *AH* n nomine eſt *H* a *addidit Turnebus* *cuıq; *B* apellatā *B* 7 alıgendo *sed* a legendo *corr AB* alıcendo *corr* alıgendo *H* equıtatıſ *B* 8 delectuſ uım *Heinsianus* detectuſ (intellectuſ) uım *B* (*sic*) ıntellectuſ (·uım·) *A sed* ıntellectuſ *in litura, nec dubitandum, quin is ante rasuram* detectuſ (*uel* delectuſ) uım *habuerit, reposito autem* ıntellectuſ *propter spatii angustias* uım *supra uersum collocatum sit* ıntelege *B* 9 Quod ſı ıta *Heinsianus* quoſıt ıta *AB* 10 plerum quꝑ *B sed* que *corr* ducendum *H* 12 prudentıſ *ABH* prudens *Halmius et Baiterus errore* adq; *B* 13 popuları* ratıone *A* popuları* ratıone *corr ex* popularıſ

tio, populariter interdum loqui necesse erit et appellare eam legem, quae scripta sancit quod uult aut iubendo *aut prohibendo*, ut uulgus appellat; constituendi uero iuris ab illa summa lege capiamus exordium, quae saeclis omnibus ante nata est quam scripta lex ulla aut quam omnino ciuitas constituta.

QVINTVS. Commodius uero et ad rationem instituti 20
sermonis sapientius.

MARCVS. Visne ergo ipsius iuris ortum a fonte repetamus? quo inuento non erit dubium quo sint haec referenda, quae quaerimus.

QVINTVS. Ego uero ita esse faciendum censeo.

ATTICVS. Me quoque adscribe fratris sententiae.

MARCVS. Quoniam igitur eius rei publicae, quam optumam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et seruandus status omnesque leges adcommodandae ad illud ciuitatis genus, serendi etiam mores nec scriptis omnia sancienda, repetam stirpem iu-

---

rationiſ *B* populari ratione *H* 1 apellare (p *superscr.*) *A* apellare *H* 2 legemq; (q; *corr*) *B* ſcripta (o *superscr.*) *H* 3 aut prohibendo *addidit Baiterus coll. p.* 19, 1 quae iubet ea quae facienda sunt prohibetque contraria; *cf.* 2, 4, 8 imperandi prohibendique sapientia; *de nat. deor.* 1, 14, 36 recta imperantem prohibentemque contraria. aut uetando *uulgabatur ante* appellat *C. Stephanus* appellar& *B* appellarę (it *superscr.*) · & *Heinsianus* appellarit (it *corr in loco raso trium litterarum capaci*) *A* conſtituendo *B* conſtituendo (i *superscr.*) *H* conſtituendi (i *ultimum e corr*) *A* 5 saecliſ *A* secliſ (cl *in rasura corr*) *B* sedliſ (cl *superscr.*) *H* omnibus *Ascensiana* communibuſ *AB Heinsianus* (*de A errauit Halmius*) annatae (te o *superscr.*) *B* antenotaē *praeter* a *primum et* ˜ *in litura A* annataeſt *corr* an|na *H* 7 abrationē (d *superscr.*) (˜ *e corr B*) 9 repetam *corr* am' *H* 11 reuerenda (f *superscr.*) *B* querimuſ *AH* 13 ascribe *R. Stephanus* adſcribi *AB* aſcribi *H* ascribito *Victorius* 15 optumam *B* optimā *A* obtimam *H* docui *sed* docuit *corr A* tenendum (f *superscr.*) *H* 16 omſquae (i *superscr.*) *B* adcōmodandę (c *superscr.*) *A* adcommodande (c *superscr.*) *B* accommodande *H* 17 "illud *in marg* "illi' *H* & iam (*corr*

ris a natura, qua duce nobis omnis est disputatio explicanda.

ATTICVS. Rectissime, et quidem ista duce errari nullo pacto potest.

7 MARCVS. Dasne igitur hoc nobis, Pomponi, nam
21 Quinti noui sententiam, deorum inmortalium ui, natura, ratione, potestate, mente, numine, siue quod est aliud uerbum, quo planius significem quod uolo, naturam omnem regi? nam si hoc non probas, ab eo nobis causa ordienda est potissimum.

ATTICVS. Do sane, si postulas; etenim propter hunc concentum auium strepitumque fluminum non uereor condiscipulorum ne quis exaudiat.

MARCVS. Atqui cauendum est; solent enim, id quod uirorum bonorum est, admodum irasci, nec uero ferent, si audierint te primum caput libri optimi pro-

---

etiam) *H* 1 nobiſ — 3 duce *in textu ob eiusdem uocis* duce *repetitionem omissa in imo margine manu antiqua posita A* explicanda (li *e corr*) *B* 5 pompeni *B* pomponi | (ni *a corr add*) *H* 6 deor. *H* ui natura *R. Stephanus*, *Lambinus* ut natura *AB* ut nara (*in marg* natura) *H* ui *omisso* natura *in margine editionis Lambinianae quae dicitur a.* 1584: *id quod Halmius et Baiterus approbarunt, iniuria: quod enim in unius sententiae ambitu* natura *bis non una significatione ponitur, nec per se est offensio* (*notum enim est quoties non solum* natura *sed etiam* res, sententia, ratio, causa, genus, *alia, in una eademque sententia non eadem sententia ponantur*) *et si est offensio, hoc loco tollitur eo quod in synonymorum coaceruatione* natura *fere sua et propria ui exutum uidetur: ceterum nihil frequentius Ciceroni quam copulata* uis *et* natura *nomina* (*conf. ann. gymn. Austriac.* 1868 *p.* 104) 7 nomine *B* 8 quo] quod *H* 9 riginā *sed* regi | nā *corr A* riginem *B* regi · nam (*in margine* diuinam) *Heinsianus* abeo (*sic*) *H* 10 ortuenda *H* 14 atqui (at *in rasura*) *B* 15 uero *H* 16 caput libri *Victorius* caputli (*h. e.* libri, *quod eo compendio saepe uelut in Festi codice scribitur*) *A pr* capulli *B*, *corr A* capituli *sed in margine* ca-

didisse, in quo scripsit 'nihil curare deum nec sui nec alieni.'

Atticvs. Perge, quaeso: nam id, quod tibi concessi, quorsus pertineat expecto. 22

Marcvs. Non faciam longius; huc enim pertinet, animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem uocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo. solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quom cetera sint omnia expertia. quid est autem, non dicam in homine sed in omni caelo atque terra, ratione diuinius? quae quom adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. est igitur, quoniam nihil est ratione 23

---

pullı (*sic*) *H* caput uiri *Aldus nepos* 1 scripsit] '*Epicurum non nominauit, quod satis Attico notus esset auctor sententiae, et cum inter se Epicurei* dixit *dicebant, per excellentiam Epicurum intelligebant.*' *Turnebus. Conf. Tusc.* 1, 14, 31 Serit arbores, quae alteri saeculo prosint, ut ait in Synephebis, *quem locum doctissimi quidam pluribus modis interpolarunt* ne ſuı *A* 3 queſo *A* q;‿ſ̣onam *B* ıd (d *corr ex* c) *B* 4 curſuſ *corr* quorſuſ *B* 6 ſagax eτ (x eτ *in ras corr*) *H* 7 conſılıụſ *B* 8 condıτıone *AB* condıcıone *H* *Lactantius Inst. diu.* 4, 4, 6 M. Tullius, qui fatetur hominem praeclara quadam condicione a summo (supremo) deo esse generatum. *Ibidem* 1, 5, 24 Cicero .. frequenter deum confitetur ac supremum uocat in iis libris, quos de legibus scripsit. 9 generaḷıbuſ *B* 10 et cogitationis *omisit B* & cogı || τατıonıſ *A sed* & cogı *in extrema pagina litura corr* quṳ̆m (c *supra*) *B* cum *H* quor̃ *A sed* r̃ *in litura corr* ceτera (a *corr in rasura*) *A* 11 expạrcıa (e *supra*) *B* *Lactantius Inst. diu.* 2, 11, 15 Quod Cicero quamuis expers caelestium litterarum uidit tamen, qui libro de legibus primo hoc idem tradidit quod prophetae, cuius uerba subieci. 'animal hoc prouidum ∙ ∙ ∙ omnia expertia.' eſτ *sed* ſτ *in ras corr H* 12 dıuınuſ (ı *supra*) *A* 13 quom *A* cum *H* dıuını‿uſquẹquọ ṃadoleuıτ (cum *supra*) (⁊ *et cetera signa e corr*) *B* *Lactantius Inst. diu.* 3, 10, 6 et quia in homine ratio ipsa perfecta est,

melius eaque et in homine et in deo, prima homini cum deo rationis societas. inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio et communis est; quae cum sit lex, lege quoque consociati homines cum dis putandi sumus. inter quos porro est communio legis, inter eos communio iuris est; quibus autem haec sunt inter eos communia, et ciuitatis eiusdem habendi sunt. si uero isdem imperiis et potestatibus parent, multo iam magis; parent autem huic caelesti descriptioni mentique diuinae et praepotenti deo. ut iam uniuersus hic mundus *sit* una ciuitas communis deorum atque hominum existimanda. et quod in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnificentius tantoque praeclarius, ut homines deo-

---

sapientia nominatur. 1 eaque (ea *in litura*) *AB* ęquę *H* eaque ⟨est⟩ *Maduigius* in deo ⟨inest⟩ *Wyttenbachius* 2 & ſocıetaſ (*sic*) *H* 3 & ıam (*corr* etıam) *H* ratıonę & *H* ratio communis est *R. Stephanus; fuitne* par et communis? *cf. p.* 38, 1 *et p.* 26, 1 4 conſotıatı *A sed* ot *corr* homıneſ (h *corr*) *B* cūdıſ* (dıſ *in rasura*) *A* cum dıſ putandı *B* (*idem fuisse in A ante lituram apparet*) cum dıſputandıſum' *sed lineolis distincta H* 7 inter eos *quod Mosero auctore a plerisque deletur tutatur Haasius ad Reisigii schol. ling. lat. adn.* 374 communı *B* & *BH et in rasura corr A* ei *Bakius* cıuıtatę (tıſ *superscr.*) *H* 8 hıſdē *B* 9 parent* *AB* (*uidetur* parente *in B fuisse, de A ambiguum est*) parent *H* autem *A* aut̃ *B* au̅ *H* deſcrıptıone (*corr* nı) *B* de ſcrıptıonı *H* dıſcrıptıonı *A; confer ad* 3, 5, 12 mentıǫ quedıuıne (*corr* nę) *B* mentı*que dıuınę *sed* ın *corr in rasura A* mentıq; dıuınę *H* 10 p̄potentı deutıam (un, e *superscr.*) *B* prępotentı de &ıam (un *superscr.*) (&ıam *in rasura*) *A* p̄potentı dō · ut ıā *Heinsianus eandemque scripturam puto ante lituram in A fuisse* [*h. e.* deutıam *pro* deo] *nec esse cur alia anquirantur cum Halmio; de* ut iam *confer* 2, 3, 6 11 sit *om ABH* existimanda sit *Turnebus* 12 ex*ıſtımanda *A* cıtatıb; *B* 13 dıqua *corr* de *A* dıcıtur *corr* dıcetur *AB* dı|cet̃ *H* anatıonıbuſ (g *superscr.*) *A* 14 dıſtınguntur *A* ıdrerum (ın *superscr.*) *H* 15 magnıfıcencıuſ *A* magnıfıcen*uſ (tı *superscr.*) *H* ple-

rum agnatione et gente teneantur. nam cum de natura 8
hominis quaeritur, disputari solet, *et* nimirum ita est 24
ut disputatur, perpetuis cursibus conuersionibus*que* caelestibus extitisse quandam maturitatem serendi generis humani, quod sparsum in terras atque satum diuino auctum sit animorum munere, quomque alia quibus cohaererent homines e mortali genere sumpserint,

---

clarıuſ *B* 1 contineantur *Gulielmus Christ, sed confer de diu.* 1, 30, 64 (animus) quippe qui deorum cognatione teneatur cū natura (de *suprascr.*) *B* 2 hominis *Turnebus, R. Stephanus* omnı (omı̄) *ABH* quaeruntur dıſputarı ſolent nımırum ıta ſunt (ſ̄ *B*) ut dıſputantur *ABH; cum de* quaeritur *quod iam in uetustissimis editionibus expressum est non uideatur dubitari posse, simplicitas suadet, ut idem numerus etiam reliquis uerbis reddatur omnibus* (solet *deteriores nonnulli*), *quae ab eo errore, quo primum* quaeruntur *positum est, aequabilitatis studio ut fit in pluralem numerum abierunt* (*cf. Schoemanni Opusc. acad.* 3, *p.* 345), *et recte* et *additur ante* nimirum (*a Lambino*) *quem ad modum ad Att.* 15, 19, 2 potest totum esse σχεδίασμα, et nimirum ita est, *et ibidem* 16, 7, 5 aliud nihil habeo, quod iis a te uerbis significari putem, et hercule ita est, *et saepe alibi. ceterum resecari illud commatium* nimirum .... disputantur, *quod auctore Wyttenbachio Halmius et Baiterus uoluerunt, non debuit: quid enim si hoc quod disputari solet uerum non est aut scriptori non probatur, quo iure eo uti argumento potuit ad demonstrandum id quod posuit, homines deorum agnatione teneri?* 3 que *add Ernestus* *Lactantius Inst. diu.* 2, 11, 1 Aiunt certis conuersionibus caeli et astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium serendorum. *unde si quid omnino colligere licet, rectius legisse Lactantium* cursibus *quam non legisse colligas; quod uocabulum iniuria deletur ab iisdem editoribus: confer Tusc.* 5, 24, 69 totius mundi motus conuersionesque perspexerit. *de nat. deor.* 2, 5, 15 aequabilitatem motus conuersionumque caeli: *sic enim puto recte scribi quae traduntur* conuersionem caeli; *ibidem* 2, 25, 64 cursum et conuersionem spatiorum ac temporum. 4 extı∗tıſſe *A* extıſſe (tı *suprascr.*) *B* extıtıſſe *H* 5 parſum (ſ *suprascr.*) *A* factum *AB* ſactum *Heinsianus* 6 munerı (*corr* munere) *AB* munerı (e *suprascr.*) *H* cumque *Turnebus* quamq; *H* quamq; (Namq *suprascr.*; *corr ex* u) *A* quamquę *B* alia quibus *Ascensiana* alıquıbuſ (quıb;) *ABH* 7 coherent (re *suprascr.*) *A* co|herent *BH* ſum-

quae fragilia essent et caduca, animum esse ingeneratum a deo. ex quo uere uel agnatio nobis cum caelestibus uel genus uel stirps appellari potest. itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen
25 habendum sciat. ex quo efficitur illud, ut is agnoscat deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur *et* agnoscat.

ſerınt *A* 1 que *corr* quę *B* flagıcıa *B* flagıtıa *H* fragılıa *A sed* r *et* l *e corr* 2 uere] aere *H* agnıtıo *H*, *in margine ad hunc uersum* a *scriptum est* 3 stirps *olim correctum* ſtırpıſ *ABH* apelları *AH* *Formam sententiae* ex quo . . appellari potest *illustrauit Maduigius Emend. Liuian. p.* 367 4 habeaт** (aт *corr in rasura, fuit ut uidetur* hab& ad) *B* habeaт* (aт *corr ex* т) *A* habeaт | *sed* aт *in ras corr H* 5 aliquam dei. ipsisque in hominibus *R. Stephanus* alıquā de ıpſıſ quın homınıb; *B pr* alıquā deı*** quın homınıb; *corr B* alıquade | ******* ~~qui hominıbuſ~~ (*in rasura* de ıpſıſ *fere agnoscitur;* de (*sic*) *in exitu uersus uidetur non prima manu scriptum esse*) *A* alıquam · De ıpſıſ quıdē (ıdē *in rasura*) homınıbuſ *H* nulla gens eſт *A* 6 manſu&am *B* manſueтā *A* manſueтa *H* 7 ętıam *H* *Conf. de diuin.* 1, 1, 2 gentem quidem nullam uideo neque tam humanam atque doctam neque tam immanem tamque barbaram, quae non significari futura . . censeat. 8 ęffıcıтur *H* ıllıdexhıſagnoſcaт* (ut, deum *supra*) quı*unde (aт *in rasura corr ex* unт *ut uidetur*) *A* uт ıgnoſcaт *H* 9 o тuſ *corr* orтuſ *A* recordetur et agnoscat *Turnebus, R. Stephanus* recordeтur | agnoſcaт *A* recordeтur cognoſ | caт (a *supra*) *B* recordeтur cognoſcaт *H* agnoscat *praue deletur ab Halmio et Baitero, quod uerbum quam aptum fuerit huic sententiae uel illa docent Acad. post.* 1, 3, 9 ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere, *et in Pison.* 6, 12 ipse certe agnoscet et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur. *Tusc.* 1, 24, 58 agnoscit illa reminiscendo. *Lactantius Inst. diu.* 3, 10, 7 Qua de re Ciceronis uera est sententia. 'Ex tot', inquit, 'generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta (immansueta *libri nonnulli*) neque tam fera, quae non etiamsi ignoret qualem haberi deum deceat

iam uero uirtus eadem in homine ac deo est neque alio ullo in genere praeterea; est autem uirtus nihil aliud nisi perfecta et ad summum perducta natura: est igitur homini cum deo similitudo. quod cum ita sit, quae tandem esse potest propior certiorue cognatio? itaque ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata uideantur, nec solum ea, quae frugibus atque bacis terrae fetu profunduntur,

---

tamen habendum sciat. ex quo efficitur (*om* illud), ut is agnoscat deum, qui unde ortus sit quasi recordetur (*om* agnoscat).' *Ibidem* 7, 9, 10 illud argumentum, quod etiam M. Tullius uidit, satis firmum est, ex eo aeternitatem animae posse dignosci, quia nullum sit aliud animal, quod habeat notitiam aliquam dei. *Idem de ira dei* 7, 6 Propterea nullum est animal, ut ait Cicero, praeter hominem, quod habeat aliquam notitiam dei. *ceterum ex hoc potissimum loco colorem quendam duxisse uidentur quae scribit Lactantius Inst. diu.* 1, 2, 5 nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, qui non, oculos suos in caelum tollens, tametsi nesciat, cuius dei prouidentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat. 1 Iā uero uırtuſ (Iā u *in rasura corr*) *A* ıam uırtuſ *omisso* uero *B*; | I am uo uırtuſ (*sic*) *H* 2 in genere *Dauisius* ıngenıo *ABH* praeterea. est autem *editiones* p̄tereaſ autem (aut̄) *AB* p̄t̄ eaſ aū *H* 3 nisi perfecta *Bakius* ınſe perfecto *ABH* quam in se perfecta *deteriores* p̣ducta natura eſt *AB* p̣ducta. | Naturalıſ eſt *Heinsianus* perducta natura. naturalis est *Kleinius n. mus. Rhen.* 24, 496 4 quomdeo ſımılıtudo *B* quod (od *e corr*) *A* quom (*h. e.* quom *pr corr in* quae, *dein mutatum in* quod) *B* quod *H* que *corr* quę *B* 5 propıor *in litura B* p̣pıor* *A* p̣pıor *H* cercıor‿uecognıtıo *B* cercıorue cognatıo *sed* a *e corr A* cerııorue cognatıo (a *ex* ı *corr*) *H* 6 ad (d *corr ex* b *ut uidetur*) *AB* ad *H* commodıtatıſ (eſ *corr*) *AB* commodıtateſ *H* ubertatem (b *ex* u *ut uidetur*) *H* 7 q̄**gıgnunt̄ (gı *in rasura corr*) *H* 8 conſulta *B* conſulto *sed* o *ultimum corr ex* a *A* conſulta *H* nob̄ confor|tuıto *H* 9 aeaq; *corr* *eaq̄; *B* bagıſter|rę *B* bacıſ terrę *sed* cıſ ter *in ras A* bacıſ|terrę (b *corr ex* u) *H* fętu *H*

sed etiam pecudes, quod perspicuum sit, partim esse ad
usum hominum, partim ad fructum, partim ad uescen-
26 dum procreatas. artes uero innumerabiles repertae sunt
docente natura, quam imitata ratio res ad uitam ne-
9 cessarias sollerter consecuta est. ipsum autem homi-
nem eadem natura non solum celeritate mentis orna-
uit, sed et sensus tamquam satellites adtribuit ac nun-
tios, et rerum plurimarum obscuras nec satis * * intel-
legentias enudauit quasi fundamenta quaedam scientiae,

---

1 quod (*sic A quoque*) perspicuum sit, *quae certatim corrigere studuerunt, uindicauit Maduigius Emend. in Cic. lib. philos. p.* 8 *sq.* partum *corr* part*im *B* ad uſum *A* ad*uſum (*uidetur* adhuſum *fuisse*) *B* ad uſuſ *H* 2 fructuum *A* fructuũ *corr* fructũ* *B* fructum *H* uiſcendum *corr* ueſ *AB* ueſcendum *H* 3 artiſ *corr* eſ *AB* Arteſ *H* uiro *corr* uero *A* innumerabiliſ *corr* eſ *AB* innumerabileſ *H* repte *H*, *corr* tę *B* 5 ſolertaſ *corr* ſolerter *AB* ſollert *H* conſecuta (t *corr*, *ex* i *ut uidetur*) *H* 6 caeleritate *B* 7 sed ei *Bakius* adtribuit *AB* ad|tribuit *H* nunciоſ (c *mutatum in* t) *A* 8 nec ſatiſ intellegenciaſ *mutatum in* gendaſ *AB* nec ſatiſ | intellegentiaſ *H;* satis (apertas) *Lambinus* satis (claras) *Maduigius* satis (inlustratas) *Beierus, quorum hoc praeferendum uidetur propter* 1, 22, 59 quasi adumbratas intellegentias .. quibus inlustratis. 9 enudauit *A* enudauid *B* enodauit *H* [inchoauit *Auratus et hoc* (*siue* incohauit) *probatum Maduigio* (*de fin. p.* 709) *plerique nunc edere solent coniectura usi satis incerta: quippe id uerbum etsi cum* fundamentis *bene coniungitur, quoniam aliud structurae genus sequitur* (*conf. p.* 49, 1), *non ita commode inter* adtribuit *et* dedit *medium interponi uidetur; praeterea* obscurae nec satis clarae intellegentiae *ipsae sunt* inchoatae (*cf. p.* 29, 8; 31, 6); *itaque* rerum plurimarum intellegentias in animis inchoauit quasi fundamenta scientiae *apte quidem*, *minus apte* obscuras nec satis claras, *h. e.* inchoatas, intellegentias inchoauit *scribi potuit; quocirca*] donauit *praeeunte Krausio* et donauit *putaui abiisse in* enudauit *siue* enodauit (*errore frequenti quo* dono *et* nodo, domo *et* modo *permutari solent*), *ita ratus in aperto aliam ob causam interstitio simul alterum uerbum interiisse totamque formam orationis hanc fuisse* rerum plurimarum obscuras nec satis (inlustratas ingenuit) intellegentias et donauit quasi fundamenta quaedam scientiae. *Cf. de fin.* 5, 21, 59 ingenuitque sine doctrina

figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano dedit: nam cum ceteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit ad caeli*que* quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitauit; tum speciem ita formauit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret: nam et oculi nimis arguti, quem ad modum 27
animo affecti simus, locuntur, et is, qui appellatur uultus, qui nullo in animante esse praeter hominem potest, indicat mores, quoius uim Graeci norunt, nomen omnino non habent. omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem uocis, orationis uim, quae

---

notitias paruas rerum maximarum; *et de duplici uerbo de orat.* 1, 25, 114 inseri quidem et donari ab arte non possunt, omnia sunt enim illa dona naturae; *de diuin.* 2, 46, 96 haec astro ingenerata et tradita. 1 figurã quae *B* 2 ceteraſ animam (m *extremo in* n *mutato*) *B* ceteraſ animanteſ *corr ex* animam *A* cetera animalia *H* abieciſſet (t *in ras corr*) *H* 3 ad caelique *deteriores nonnulli, C. Stephanus* ad caeli *AB* & ad celi *Heinsianus* [*quem uulgo sequuntur eius fide libri male aestimata: quod posui cum scriptura ipsa* ad caeliq. quasi *tum Ciceronis usu commendatur qui uel in his libris* ad legesque; in urbemque; ab eodemque *scribit plurimaque eius generis per omnes libros habet exempla*]

4 Cum *corr* Tum *H* 5 forma al tiori* *A* for|ma ultioriſ *corr* altiori *B* formauit oriſ *H* 6 nimis *cur displiceat nescio:* mimi arguti *Heideggerus Halmii discipulus, id quod et Halmio et Baitero mirifice placuit, et de* mimis *iam olim cogitauerat Moserus.* [*Meo iudicio accedens Hauptius Opp.* 2, 457 *istas ineptias acriter perstrinxit compluribusque exemplis demonstrauit* '*non metuendum fuisse Ciceroni ne indignari uideretur loquacitatem oculorum si diceret eos* nimis argutos'; (*cf. p.* 41, 5); *neque tamen desierunt ineptire*] arguti (g *corr*) *B* 7 effecti ſumuſ *AB* affectiſ ſimuſ *Heinsianus* & hiiqui appellant *B* appellat *sed* app *et* t *in rasura corr A* appelat *H* 8 hominũ *A* homine *B* hominem *Heinsianus* 9 quoiuſ *BH* Cuius (*sic*) *A e corr* ſuimoreci *corr* *uimgreci *B* uĩ greci *H* 10 habet *B* habent *sed* ent *et proximum* o *in rasura A* habent *H* oportunitateſ *ABH* habi h tateſq; *B* 11 reli*qui *A* modo e|rationem *H* uimq; *corr* uim·q̃; *B* uimq; ue *A* uim·quę *H*

conciliatrix est humanae maxime societatis; neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis et hunc locum satis, ut mihi uidetur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse uoluit, generauit et ornauit deus, perspicuum sit illud, ne omnia disserantur, ipsam per se naturam longius progredi, quae etiam nullo docente profecta ab iis, quorum ex prima et inchoata intellegentia genera cognouit, confirmat ipsa per se rationem et perficit.

10 28 Atticvs. Dii inmortales, quam tu longe iuris principia repetis, atque ita, ut ego non modo ad illa non properem, quae expectabam a te de iure ciuili, sed facile patiar te hunc diem uel totum in isto sermone consumere; sunt enim haec maiora, quae aliorum causa fortasse conplecteris, quam ipsa illa, quorum haec causa praeparantur.

Marcvs. Sunt haec quidem magna, quae nunc bre-

---

1 est *om* *H* humane *corr* nę *B* maxime *corr* mę *B* humane maximę *H* enim *om* *H* 2 (h)cuiuſ *B* 3 michi uidetur *H* mihi det *B* (*sic*) uidet *ex parte corr* *A* iis *deteriores* hiſ *ABH* lib*riſ *A* 4 expraeſſit *A* expreſſit (t *in rasura corr*) *B* ex|pre(ſ)ſit *H* *Lactantius de opif. dei* 1, 13 in libro enim de legibus primo cum hoc idem summatim stringeret, sic ait: 'hunc locum — Scipio.' 5 generauit*& (t & *in rasura corr*) *AB* generauit & *H* 6 deuſ (u *corr in ras*) *H* ne* *A* 7 quae | a&iam (a *ante* & *erasa*) *B* quæetiā *sed* æ *uidetur ex* a *corr* *A* quę etiam *H* 8 nullū *corr* nullo *AB* nullo *H* iis *deteriores* hiſ *ABH* ex] ē *H* incoata *B* in(h)coata *A* inchoata *H* 9 intelligentia *A* 10 ratione *corr* nē *B* & pficit *H*, *superscriptum* *A*, & pfecit *corr* ficit *B* 11 quam tu (*rec* quātū *superscriptum*) *Heinsianus* quantu *corr* quantū *AB* longe (on *in rasura*) *H* 12 at *corr* ad *AB* ad *H* 13 *super* properem *rec* ł feſtinē *scriptum est in A* q; ſpectabam *corr* ꝗ; (ex)ſpectabam *B* 14 paciar (c *in* t *mutatum*) *A* 15 hec *H* que *corr* quę *B* 16 complecteriſ *H* 18 que *corr* quę *B*

uiter attinguntur, sed omnium, quae in hominum doctorum disputatione uersantur, nihil est profecto praestabilius quam plane intellegi nos ad iustitiam esse natos neque opinione set natura constitutum esse ius. id iam patebit, si hominum inter ipsos societatem coniunctionem*que* perspexeris. nihil est enim unum uni tam si- 29
mile, tam par, quam omnes inter nosmet ipsos sumus. quod si deprauatio consuetudinum, si opinionum uanitas non inbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque coepisset, sui nemo ipse tam similis esset quam omnes essent omnium. itaque quaecumque est hominis definitio, una in omnis ualet. quod argumenti satis est 30
nullam dissimilitudinem esse in genere; quae si esset, non una omnis definitio contineret; etenim ratio, qua una praestamus beluis, per quam coniectura ualemus,

1 attigunt (n superscr.) *B* attinguuntur *H* q; *corr* q̃; *B* quae in hominū quae in hominū *A* 2 disputatione *Heinsianus* disputationē *AB* uersantur *per lituram corr ex* seruantur *A* ueruant (s superscr.) *B* (*sic*) uersantur *H* nil *A* prestabilius *H* 3 intelligi *A* iusticiā *AB* natos *H* *Lactantius Instit. diu.* 6, 25, 9 homines autem nonnisi ad iustitiam nasci cum philosophi ueteres tum etiam Cicero suspicatur. disserens enim de legibus 'sed omnium' inquit 'quae · · esse natos'. *Idem de ira dei* 14, 4 cuius rei testis est M. Tullius in libris de legibus ita dicens 'sed omnium · · esse natos.' 4 opiniones & *corr* opinione*sed *AB* opinione | sed *H* ẽẽ *superscriptum A* ius*idiam (s *erasa*) *B* Id iā patebit *in litura A* 5 homines *B* hominū (ū *corr in ras*) *AH* coniunctionem *A* coniuc|tionem *B* coniunctionem (*ras corr* onẽq;) *Heinsianus* 6 NIhil *praeter* N *in rasura A* 8 consuetudinẽm *AB* consuetudinum *H* opinionẽ *A* 9 quoquumq; *A* cocūq; *corr* qocūq; *B* quocumq; *H* 10 cepiss& *BH* ipsi *corr* ipse *A* 11 omnes essent *Ascensiana, Petrus Ramus* omnes (om̃s) sunt *ABH, idemque Halmius et Baiterus* 12 defINITIO (N *pr corr ex* TI) *B* una*in (i *corr*) *A* quid (o superscr.) *AB* quod *H* 13 nullū *corr* nullā *A* iningenere *B* **ingenere *A* Iningenere *H* que *B* ẽẽ *corr* e& *B* 14 continere *corr* ret *B* 15 prestamus *AB* beluis (ui *corr*) *B* beluis (ui *in rasura*) *H* coniectiura (*uel* coniac-

argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus, certe est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. nam et sensibus eadem omnia conprehenduntur, et ea, quae mouent sensus, itidem mouent omnium, quaeque in animis inprimuntur, de quibus ante dixi, inchoatae intellegentiae, similiter in omnibus inprimuntur, interpresque mentis oratio uerbis discrepat, sententiis congruens; nec est quisquam gentis ullius, qui ducem nactus ad uirtutem
11 peruenire non possit. nec solum in rectis, sed etiam
31 in prauitatibus insignis est humani generis similitudo. nam et uoluptate capiuntur omnes, quae etsi est inle-

---

rum me alia quoque causa delectat, quae te non attingit ita.

Atticvs. Quae tandem ista causa est?

Marcvs. Quia, si uerum dicimus, haec est mea et huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus; hic sacra, hic genus, hic maiorum multa uestigia. quid plura? hanc uides uillam, ut nunc quidem est, lautius aedificatam patris nostri studio, qui cum esset infirma ualetudine, hic fere aetatem egit in litteris: sed hoc ipso in loco, cum auos uiueret et antiquo more parua esset uilla, ut illa Curiana in Sabinis, me scito esse natum; qua re inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo, quo me plus hic locus fortasse delectet, si quidem etiam ille sapientissimus uir, Ithacam ut uideret, inmortalitatem scribitur repudiasse.

Atticvs. Ego uero tibi istam iustam causam puto, 2 4

---

rectore profecta, et positus iste pronominis a consuetudine quidem Ciceronis alienus est: qui sic solet dulcedine hac et scabie, *p.* 52, 1; caelo hoc ac spiritu; scelera haec et flagitia; *quare*] *putabam* salubritatem hanc et amoenitatem [hanc]; *de corruptela cf.* 3, 18, 42   1 alia·caufa (·quoque *supra*) *A*   attingit · Itaque tandem *AB* adtingit ita · Quę tandem *Heinsianus*   *Qui* ita *delent, tollunt urbanitatem orationis*   5 patria (a *ultimum in rasura*) *A* hic *A* hinc *B* hinc *H*   *orti (ti *corr*) *A*   ftirpe (t *e corr*) *B*   6 gens *R. Stephanus, confer* 2, 22, 55 extra sacra et gentem   7 quid *corr ex* quod (qđ) *AB* Quid *H* hanc uide hanc uidef *B*   ullam *H*   8 ędificatam *Heinsianus* aedificata *AB*   9 ualetudinem *AB* ual&udine *H* fer aetatem *B* fereętatē *sed* eę *corr ex* ae *A* fere ętatem *H* eg& *A*   10 auof *AB* auof *H*   11 effed *H*   12 inest *R. Stephanus* ideft *B* id·ē· *A* idem *H*   quit *corr* quid *AB* quid *H*   13 hac *sed* h *erasum BH*   fenfum eo *ABH sed in hoc corr* fenfu*|meo   14 delect& *sed* d *e corr A* (*uidetur* fortaffet elect& *fuisse*)   *conieci* fortasse (recte) delectet, *quod putaui requiri, maxime* si quidem *ut haberet quo referretur et propter Attici responsum*   *fi *A*   15 uiri hacam *B*   immortali-

cur huc libentius uenias atque hunc locum diligas: quin ipse, uere dicam, sum illi uillae amicior modo factus atque huic omni solo, in quo tu ortus et procreatus es; mouemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt uestigia. me quidem ipsae illae nostrae Athenae non tam operibus magnificis exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione summorum uirorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studioseque eorum etiam sepulchra contemplor: qua re istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum.

Marcvs. Gaudeo igitur me incunabula paene mea tibi ostendisse.

5 Atticvs. Equidem me cognosse admodum gaudeo. sed illud tamen quale est, quod paulo ante dixisti, hunc locum, id enim ego te accipio dicere Arpinum, germanam patriam esse uestram? numquid duas habetis

---

tatē *AH* 1 ***cur (*satis certo agnoscitur* curcur *fuisse*) *A; neque erat quod Halmius puto esse cur scriberet* libentiuſ (ti *in rasura*) *A* dilig^a^eſ *B* 2 quiinipſe *B* quin|**ipſe *A* quin| ipſe *H* uerȩe *B* ille *corr* illi *AB* illi uille *H* ami^ti^cior *A* amici|tior *corr ex* ami|cior *B* amicior *siue* amitior *quod in compendio internosci non potest H* amodo *H* 3 omniſ *sed* ſ *deletum B* tu hortuſ (h *deletum*) *B* tu ortuſ *sed* t *et* rt *corr A* tuortuſ *H* 4 mouem^u^or *A* 5 dili^gi^muſ *A* ammiram̃ *B* 6 men *B* me* (n *deletum*) *A* men *H* ipſe ille *H, corr* ipſȩ illȩ *B* *athen*ae (*fuit* cathemae) *B* athenȩ *in rasura A* athene *H* 7 ex|quȩ ſitiſq; (*corr* qui) *B* exquiſitiſ quȩ, *sed si recte interpretor uestigia* tiſq quȩ *primum, dein* tiſ*que *corr, H* 8 recordationeſ *B* reco^da^rtione* *H* 10 ſtudioſe quae *A* ſtudioſe quem *B* Studioſeq; *H* & iam *corr ut sit* etiam *H* 12 poene *A* penȩ *H* 13 oſtendiſ|ſe h^e^acquidem *B* oſtendiſſe**equidem *A* oſtendiſſe· equidē *H* 14 cognoſce *H* 15 i^llud^ſtud *H* 16 id enim *Goerenzius* idem *ABH* 17 patriama^e^ſſe *B* uram̃*qui^d^duaſiſ habitiſ (nū *et* d *a corr superscripta;* habitiſ *corr in* habetiſ) *B* uram̃ ^nū^ q^i^d*duaſ**

patrias? an est una illa patria communis? nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum.

MARCVS. Ego me hercule et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam nat*urae*, *alteram* ciuitatis. ut ille Cato, quom esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem susceptus est, ita, quom ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris, ut uestri Attici, prius quam Theseus eos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnis se conferre [se] iussit, et sui erant idem

---

habıᴛıſ (ɴū *antiqua manu superscriptum;* q^{i}d* duaſ** *corr ex* quıduaſıſ; *denique* habıᴛıſ *mutatum in* habeᴛıſ) *A* uram quıd uoſ duaſ habeᴛıſ *Heinsianus* uestram? quid? duas uos habetis *Halmius; sed* numquid *iniuria spernitur, quod aptius est quam* quid *post interrogationem alteram* quale est *illatum, et* uos *nullam habet fidem, si quidem Heinsianus manifesto correctus est,* duaſıſ *autem apparet unde ortum sit insequente* habeᴛıſ 1 paᴛrıaſanę ē *B* paᴛrıaſ*an*·ē· (ſ *e corr, fuit* paᴛrıa ſane ē) *A* paᴛrıaſ|an ē *H* paᴛraa *corr* rıa *B* commȯnıſ *B* 3 meberculąe (b *mutatum in* h) *B* 4 caenſe opaᴛrıaſ *corr* cąenſeo*paᴛrıaſ *B* unam naturae, alteram ciuitatis *deteriores* unā naᴛuram cıuıᴛaᴛıſ *ABH* 5 quo^{c}m eſᴛ *B* quom*ē* *A* cum^{quō} eſᴛ *H* esset *Ascensiana* 6 ıᴛa *ABH, quod uerum est, quamquam non recte explicatur in Handii Tursellino* 3 *p.* 471; *consequentiam enim designat* (*uelut de or.* 1, 18, 83; 1, 34, 154) *neque inepte in hac oratione superior sententia repetitur* (quom ortu) quom^{cum} orᴛuſ ᴛuſculanō (orᴛ *corr et* ſ *add,* nō *mutatum ex* nū) *A* quum^{c} orᴛu^{ſ} ᴛuſculano *B* cum orᴛu ᴛuſculanuſ (ᴛuſ *in litura*) *Heinsianus* 7 ciuitate Romanus *deteriores* cıuıᴛaᴛem romam *B* cıuıᴛaᴛē romam *H* cıuıᴛaᴛe romā *sed corr* cıuıᴛaᴛē *A* 9 eos demigrare *Manutius* eoſ|dem mıgrare *BH* eoſdē mıgrare *A* & ī eſᴛu (ī *in ras corr*) *H* apellaᴛur *B* 10 omnıſ (omīſ) ſe conferre ſe ıuſſıᴛ *ABH, alterum* se *om Monacensis, prius alii om* et Sunii erant iidem et Attici *R. Stephanus* et sui erant idem et Attici *Maduigius* (*Opp.* 2, 146) & ſymfranᴛı demeᴛāᴛ ᴛıcıſ *B* & ſımf*ranᴛıdem & aᴛᴛıcıſ (*fuit ut uidetur* ſımferanᴛ) *A* & ſynıfranᴛıdem & aᴛᴛıcıſ *H;* [*tenui quam antea secutus eram Maduigii sententiam, quamquam longe aliter de toto loco iudicare uideo Em. Hoffman-*

et Attici, sic nos et eam patriam ducimus, ubi nati, *et illam, a qua excepti* sumus. sed necesse est caritate eam praestare, qua rei publicae nomen uniuersae ciuitatis est, pro qua mori et cui nos totos dedere et in qua nostra omnia ponere et quasi consecrare debemus. dulcis autem non multo secus est ea, quae genuit, quam illa, quae excepit. itaque ego hanc meam esse patriam prorsus numquam negabo, dum illa sit maior, haec in ea contineatur * * habet ciuitatis et unam illam ciuitatem putat.

---

num in Fleckeiseni ann. 1878 *p.* 709] 1 *per* sic *duo exempla comparia* ἀσυνδέτως *composita*, ut ille Cato, ut uestri Attici, *complectitur et ad suam rem refert* (*cf. de or.* 1, 16, 73; *Tusc.* 5, 17, 49) & *ante* eam *in rasura B* dıcımuſ *H* natı ſumuſ *ABH* 2 et illam qua excepti *addita in deterioribus*, a qua *Bakius* carıtatem *B* carıtatē *A* carıtatem (*omisso* eam) *H* 3 preſtare *BH* quā (*fuit* quā) *A* quam *H* è qua *Maduigius Emend. p.* 61 unıuerſe *H* 4 quo amorı *mutatum in* qua*morı *AB* quo amore *H* ſedere *H, corr* dedere *AB* 5 ponere* (*uidetur* poneret *fuisse*) *A* ponere& (*omisso* et) *H* 6 ducıſ *A* duſcıſ *B* dulcıſ *H* ſecuſ**ē (*fuit* ſecutuſ ē) *A* ſecuſ|eſt *H; cf. p.* 92, 1; [*unde iudicari potest quam recte Plauto in Trinummo* 130 Quid secus est aut quid interest *quia in codd. Palat.* ſecutuſ *legitur formam* sectius *inuito uersu obtruserint aptissimamque orationem deprauarint: de duplici interrogatione uide ad p.* 38, 14, *et uel Ciceroni libuit scribere* (*de fin.* 3, 7, 25) nihil esse quod intersit aut differat] æa *corr* ea *B* que genuıt *A* 8 proſuſ *AB* ꝑrſuſ *H* numquam *H* N ūquā *A* N umquā *B sed* N *in rasura trium litterarum, quae esse* non *poterant; fuitne* non umquam, *id quod Ciceroni non magis abiudicandum est, quam aut* non usquam (*Tusc.* 5, 9, 24 non usquam id quidem dicit omnino) *aut* non ullus, *cuius pauca sed certa exempla Maduigius de fin.* 3, 15, 50 *perscripsit* ılla ſıt *ABH* sit illa *Halmius errore* 9 haec *unus et alter deteriorum* ſed *B* & *A Heinsianus* contıneatur (tur *in litura*) *H* cıuıtatıſ & unam ıllam *ABH* ciuitates duas sed illas unam (*sic*) *editiones nonnullae uetustiores ueluti Ascensiana, Camerarii; in plerisque omittuntur haec* habet .. putat, *quae hodie fere pro glossemate habentur, sed potuit fieri ut interciderint, quibus illa superioribus adnectebantur, uelut* contineatur: (et eodem

Atticvs. Recte igitur Magnus ille noster me audiente posuit in iudicio, quom pro Ampio tecum simul diceret, rem publicam nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conseruatores extitissent. uti iam uidear adduci hanc quoque, quae te procrearit, esse patriam tuam. sed uentum in insulam est; hac uero nihil est amoenius. ut enim hoc quasi rostro finditur Fibrenus, et diuisus aequaliter in duas partes latera haec adluit rapideque dilapsus cito in unum confluit et tantum conplectitur quod satis sit modicae palaestrae loci. quo effecto, tamquam id habuerit operis ac muneris, ut hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim praecipitat in Lirem et, quasi in familiam patriciam uenerit, amittit nomen obscu- 3 6

---

modo omnis municeps duas ut mihi uidetur) habet ciuitatis set unam illas ciuitatem putat. [*Mea supplementa, in quibus uerba nimirum praestare nolui, quod uituperauit Huschkius allatis ex or. pro Balb.* 11, 28 duarum ciuitatum ciuis noster esse iure ciuili nemo potest, *fateor me non intelligere, si uerum non est nec a Cicerone dici potuit omnem municipem duas habere ciuitates, quid sibi haec omnis de duplici patria municipum disputatio uelit; uide* 3, 16, 36 *Ciceronis auo quid dixerit consul* utinam in summa republica nobiscum uersari quam in municipali maluisses.] 1 recṭạe *B* 2 ıudıtıo (τ *mutatum in* c) *B* quom *A* cū *B* cum (quō·) *H* Ampio *nescio qui apud Turnebum et Lambinum* ambıo *AB* ambıu *H* 3 dıcereτ (τ *corr*) *A* ıuſτıſſımam *BH* ıuſτıſſımā* (*fuit* ıuſτıſſımaſ) *A* mȯnıcıpıo *A* 4 duo sui *editiones* duo ſunτ *HB sed in hoc* ſunτ *deletum;* duo|*omisso* sui *A* (*Halmius errat*) 5 uti iam] uτınā *ABH* ut iam *editiones* uidear *R. Stephanus* uıdeā (uıdeam) *ABH* 6 quı *corr* quȩ *B* que *H* 7 hạȩc *B* hac* (ac *in rasura*) *A* hac *H* amȩnıuſ *H* uτ enım *ABH* etenim *Lambinus* 8 equalıt̃ ınduȩ (aſ) *H* 9 adluıτ (l) *B* alluıτ *H* rapıde quạe *A* dılapſum *H* 10 conpecτıτur *AB* conplecτıτur *H* 11 modıce *H*, *corr* modıcȩ *AB* paleſτrȩ *AH* palleſτrae *B* 12 efficeret *deteriores* efficerıτ *corr* effecerıτ *B* effecerıτ *AH* 13 dıſpuτandẹ̆m *A* precıpıταt *BH* p̄cıpıτaτ* (aτ *corr, fuit ut puto* p̄cıpıτanτ) *A* ıllırem *H*

rius Liremque multo gelidiorem facit; nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa accesserim, ut uix pede temptare id possim, quod in Phaedro Platonis facit Socrates.

7 MARCVS. Est uero ita, sed tamen huic amoenitati, quem ex Quinto saepe audio, Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit.

QVINTVS. Est ita, ut dicis; caue enim putes Attici nostri Amalthio platanisque illis quicquam esse praeclarius. sed, si uidetur, considamus hic in umbra atque ad eam partem sermonis, ex qua egressi sumus, [et] reuertamur.

MARCVS. Praeclare exigis, Quinte, at ego effugisse arbitrabar, et tibi horum nihil deberi potest.

QVINTVS. Ordire igitur; nam hunc tibi totum dicamus diem.

---

1 gelidorem *ABH* ullum *Heinsianus* illum *B* illū *A* 2 attigi cum ad *deteriores* atticiū ad *A Heinsianus* aticium ad *B* 3 poſſum *B* pedro *B* phedro *H* 5 amęnitati *H* 6 quem *Dauisius* q, *sed corr* q; (*h. e.* quae, *non* quem) *B* quę *A* quam *Heinsianus* is quem *Muellerus* ſepe *H* audio (dio *in rasura*) *A* Thyamis *Turnebus* thebanuſ *corr ex* theuamiſ *A* thebanuſ (*sed* b *corr ex* u, *et* nuſ *in rasura*) *B* thebanuſ *sic m pr H. Forsitan* thoeamis *antiquitus scriptum fuerit, unde natae sint corruptelae: de peruulgata* oe *et* y *uocalium permutatione cum alii tum Hauptius Opp.* 3, 475 *dixit.* [*Immo* theuamis, *quae primitiua scriptura est*, *pro* thyamis *exaratum*, *quem ad modum* leucio *pro* lycio *de nat. deor.* 1, 26, 72] ſephiroteſ *B* epyroteſ *AH* 7 *opinor (*fuit* opp) *H* 9 Amalthio *Turnebus* emathyo *A* emat hro *B* (*sic*) emathio *H* eẽ *corr* ẽẽ *B* eſſe (ſe *in rasura*) *A* ẽẽ *H* 10 hi|cinum bram (*corr* hic|in) *B* 11 & reuertamur *BH* *reuertamur *A* 13 exaiſquae quintae *B* exiſquęquinte *A* ex hiſ que quinte *H* exigiſ quinte *corr AB* ad *B* effulgiſſe *H* 14 arbitrabar (itra *in rasura*) *A* nihil (h *in rasura*) *A* deberim *B* 15 ordire *in rasura A* tibi (i *ultima e corr add*) *B* 16 diēmaiore| muſarum primordią *A* diemmaiorem muſarum primordi|ą *B* diem maiorem muſarum pri|mordia *H* diem. A Ioue *R. Stephanus*

MARCVS. 'A Ioue Musarum primordia,' sicut in Aratio carmine orsi sumus.

QVINTVS. Quorsum istuc?

MARCVS. Quia nunc item ab eodem et a ceteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.

QVINTVS. Optime uero, frater, et fieri sic decet. 8

MARCVS. Videamus igitur rursus, prius quam ad- 4
grediamur ad leges singulas, uim naturamque legis, ne, quom referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis ignoremusque uim rationis eius, qua iura nobis definienda sint.

QVINTVS. Sane quidem hercle, et est ista recta docendi uia.

MARCVS. Hanc igitur uideo [ex] sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam nec scitum aliquod esse populorum, sed

---

1 in Aratio *R. Stephanus* ınnarratıo *A* ınnarratıo *BH* 3 cum (quorſū *superscr.*) *H* (*sic*) 4 qa (a *in rasura*) *A* qua *H* & a *H* & a *superscriptum B* & a (& *corr*) *A* cęterıſ *H* dııſ ımmortalıb; *B* dıſ|ın mortalıbuſ (ıſ *e corr et* ın *in litura trium litterarum*) *A* duſ ınmortalıbuſ *H* 5 agenda *H* prımordıa *H* prımordıaę *B* prımordıa *corr ex* prımordıo *A* 6 deceт *corr ex* dıcıт *A* 7 adgredıamur (r *ultimum in rasura*) *A* 8 legıſ *H* legeſ *corr* ıſ *AB* 9 quom *A* quom (c *superscr.*) *B* cum (quō *superscr.*) *H* 10 ignoremusque uim sermonis *om H* uım ſermonıſ eī·quą (o *superscr.*) (ſ *ultimum in* ſermonıſ *a corr add*) *B* uım ſermonıſeıuſ quo* (ſe *ante* ı *corr*, quo* *corr ex* qua) *A* eıuſ quo *sed* o *in ras corr H; primitiua scriptura* qua *persuadet*, ſermonıſ, *quod ferri non potest, propter uiciniam eiusdem uocis errore ortum esse, cuius loco, cum abesse nomen non possit, uix aliud uidetur scriptum fuisse, quam quod reposui* rationis eius qua; *confer de orat.* 3, 6, 21 ubi enim perspecta uis est rationis eius qua causae rerum cognoscuntur 11 dıffınıenda *H* 12 hercle (c *e corr*) *A* 14 ex|ſapıenтıſſım**orum (*uidetur* ſapıenтıſſımı rorum *fuisse*) *B* **ſapıenтıſſımoꝝ *A* ex ſapıenтıſſımoꝝ *H*; ex *unde natum sit non intelligo, nisi forte ad* excogitatam *aberrauit librarius* 15 ſenтenтıa *H*, *quod non casu ortum sed propter* ex *positum uidetur* excogıтaтā (ā *corr ex* o) *A* 16 ſıтum *H* populorum sed *deteriores* po-

aeternum quiddam, quod uniuersum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. ita principem legem illam et ultimam mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis aut uetantis dei: ex qua illa lex, quam di humano generi dederunt, recte est laudata; est enim ratio mensque sapientis ad iubendum et ad deterrendum idonea.

9 QVINTVS. Aliquotiens iam iste locus a te tactus est; sed ante quam ad populares leges uenias, uim istius caelestis legis explana, si placet, ne aestus nos consuetudinis absorbeat et ad sermonis morem usitati trahat.

MARCVS. A paruis enim, Quinte, didicimus 'si in ius uocat' atque [at] eius modi leges alias nominare; sed

---

pulorumqđ (qđ *corr ex* q;) *B* populoꝝ quod (od *in rasura*) *A* populorumq; *H* 1 quidam (d *supra*) *H* munduſ (dūſ *corr*) *A* 2 prohibendique (endi *in rasura*) *A* ſapientiā *A* ſapientiam *H* 3 menſtem *corr ex* m̃ſtem *A* dicebant *deteriores* dicebat *ABH* 4 cog*entiſ (*fuit* cogi entiſ) *B* cog*entiſ *A* cogentiſ *H* uaetantiſ *B* dei (ei *corr*) *B* dej *corr ex* di *A* die *H* [ex quo *Dauisius*, *probatum cum aliis*, *tum nuper Muellero exemplis adhibitis parum ad hanc rem utilibus*] quā (dii *supra*) humano (h *in rasura*) *A* quā dij humano (ij *corr ex* i) *B* quam di|humano *H* 6 menſq. *in rasura A* addeterendū *A* addetrendum (*sic* t̃ *corr ex* t) *B* ad deterendum *H* 8 aliquotienſ (c *mutatum in* t) *B* iſte locuſ| (e locuſ *in rasura*) *A* 9 ſ*ed (*fuisse* ſæt *uidetur*) *A* at *corr* ad *A* legiſ *corr* eſ *AB* legeſ *H* ueniaſ (a *supra*) *AB* ueniſ *H* 10 explena *B* explena *corr* explana *A* èxplana *H* eſtuſ *H* conſuetudiſ *corr* diniſ *AB* conſuetudiniſ *H* 11 obſorbeat *H* 12 a paruis enim *olim correctum* apparuiſſe nim *corr in* apertiuſ enim *B* aptiuſ** enim *sed* aptiuſ *corr in litura quae etiam antecedentia* tati trahat *complectitur A* apparuiſſe enī *H* quin*te *A* didicimuſ *B* unuſ (iiuſ *supra*) *H* (*sic*) 13 atque *Ascensiana* atque at *AB* atq; | ad *H*; *in quibus* at *uel* ad *ex* atque *ortum eodem modo quo* 3, 18, 40 atque [ad] ſedata; *hoc igitur delendum nec praeterea quicquam mutandum esse censui olim nec muto sententiam quamuis uituperatus a Schoellio Legis XII Tab. rel. p.* 69. *usum illum Halmius in commentario Sestianae p.* 305 *exemplis illustrauit* nominareſ *B*

uero intellegi sic oportet, et hoc et alia iussa ac uetita populorum uim habere ad recte facta uocandi et a peccatis auocandi, quae uis non modo senior est quam aetas populorum et ciuitatium, sed aequalis illius caelum atque terras tuentis et regentis dei. neque enim esse 10 mens diuina sine ratione potest, nec ratio diuina non hanc uim in rectis prauisque sanciendis habet, nec, quia nusquam erat scriptum, ut contra omnis hostium copias in ponte unus adsisteret a tergoque pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitem illum rem gessisse tantam fortitudinis lege atque imperio putabimus, nec, si regnante *L.* Tarquinio nulla erat Romae scripta lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sex. Tarquinius uim Lucretiae, Tricipitini filiae, attulit. erat enim ratio, profecta a rerum natura,

---

1 & *ante* alıa *corr A* ıuſſa*|ac*u&ıтa (u& *in rasura*) *A* ıuſſa ac ueтıтıтa *H*, *unde litura in A explicatur* 2 aт *corr* ad *A* facтa (acт *corr*) *A* & a *corr A* 3 auocandıq; тuıſ (q; *corr in* q̃; *h. e.* quae) *B* auocandıque* uıſ (quẹ *corr in* quę) *A* auocandı quınтe тuıſ *H* senior est] ſenı|orem (*etiam in* r *aliquid correctum quod non intellego*) *H* 4 eтaſ *et mox* equalıſ *H* cıuıтaтıum *ABH* (*sic*) ſed (d *corr*) *A* celum *H* 5 tuenḍıſ *B* тuenтıſ (тı *in rasura*) *A* тuenтıſ *H* deınıq; *corr* deı·neq; *B* deȷ*neq; (*fuit* de ɪnıq;) *H* deıɴeque| (ɴe *corr*) *A* enī menſ dıuına ẽẽ ſine raтıone poтeſт nec raтıo dıuına *in rasura A* 7 ſanccıendıſ *B* ſancıendıſ (nc *in rasura*) *A* ſancıendıſ *H* 8 ſcịrıpтū *A* omnıſ (n *corr*) *A* 9 copıa *corr* copıaſ *B* copıaſın (aſın *in rasura*) *A* copıaſ ɪn *H* aтergo quạe *AB* a*тergo quę (a *et* т e *corr*) *H* 10 coclıтem (e *in rasura*) *A* ıllurem (*sic*) *A* 11 geſſıſſeтanтā (ſſeт *in rasura*) *A* forтudınıſ *A* forтıтudıneſ *corr* nıſ *B* forтıтudınem (ıſ) *H* |puтabım̃; ɴec *in rasura A* 12 L. Tarquinio *Turnebus* **тarquınıo *A* (*prima manus cognosci non potest*) uł тarquınıo *Heinsianus* тarquınıo *B* Romae *olim correctum* prome *A* ꝓme *BH* 14 тar quı*nıuſ *A* lucræcıæ *B* 15 fılıl *pr corr in* fılıę *B* aтulıт *A* profecta a *deteriores* pro-

et ad recte faciendum inpellens et a delicto auocans, quae non tum denique incipit lex esse, quom scripta est, sed tum, cum orta est; orta autem est simul cum mente diuina. quam ob rem lex uera atque princeps apta ad iubendum et ad uetandum ratio est recta summi Iouis.

5
11 Qᴠɪɴᴛᴠs. Adsentior, frater, ut, quod est rectum uerumque, *aeternum quoque* sit neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oriatur aut occidat.

Mᴀʀᴄᴠs. Ergo ut illa diuina mens summa lex est, item, quom in homine est perfecta * * in mente sapientis; quae sunt autem uarie et ad tempus descriptae

---

fecτı *A* ꝑfecτị (a) *B* profecτo (τo *in ras corr*) *H*   1 & ad recτe *H* & a(d) recτe (& *corr*) *A* & ar(d)recτe *B*   ınpellenſ *B* ımpellenſ *AH*   & ad|flıcτo *corr* & ade|*lıcτo *B* &adelıcτo (&ade *in rasura*) *A* &adflıcτo *H*   auocanſ *superscriptum B* aduocanſ *H*   2 n̄oτum (*sic*) *H*   quom *A* quā *corr* cum *B* cū (q) *H*   3 horτa *B bis*   8 aeternum quoque *addidi, quod ex* uerumque *effici uoluit Dauisius; sed recte et ex more* rectum uerumque *iungitur* (*confer* 3, 15, 34 cum aliquid uerum et rectum esse dicitur; *Acad. pr.* 2, 9, 27 lex ueri rectique proditur; *Tusc.* 3, 29, 73 rectum et uerum; *ad fam.* 1, 8, 2; 6, 21, 2 recte uereque sensisse); *ut eo quoque nomine reiectaneum esse* rectum, uerum quoque, *quod uulgatur, appareat*   ſıc *corr* ſıτ *B*   9 ſcıτa|ſcrıbunτur *B* ſcıτa*ſcrıbunτ̃ (*fuit* ſcıτ aſcrıbunτ̃) *A* ſcıτa*d(e)ſcrıbunτur (a *et* d *in ras, uidetur* ſcıτ adſcr *fuisse*) *H*   auτ*orıaτur (*fuit* aucτorıaτur) *A*   11 quom *A* quom (c) *B* quod *H*   *Defectum orationis significaui, quem sic fere reparandum existimo* item, quom in homine est perfecta ⟨ratio, lex est: ea uero est perfecta⟩ in mente sapientis. *Confer* 1, 6, 18 eadem ratio cum est in hominis mente confirmata et perfecta, lex est; 1, 7, 22 quae (ratio) quom adoleuit atque perfecta est, nominatur rite sapientia. *Quod ex Rathii aliorumque coniectura Maduigio probata* (*Emend. p.* 63) *hodie uulgatur* in homine est perfecta, in mente sapientis ⟨est⟩, *eo non puto sententiae satis fieri*   12 q; *corr* q̃; *B*   uarıę *H* uarıę *corr ex* uarıe *ut uidetur A* uarıae *B*   a (d) *A*   deſcrıpτa *corr* de-

populis, fauore magis quam re legum nomen tenent. omnem enim legem, quae quidem recte lex appellari possit, esse laudabilem quibusdam talibus argumentis docent. constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumque incolumitatem uitamque hominum quietam et beatam inuentas esse leges, eosque, qui primum eius modi scita sanxerint, populis ostendisse, ea se scripturos atque laturos, quibus illi adscitis susceptisque honeste beateque uiuerent; quaeque ita conposita sanctaque essent, eas leges uidelicet nominarent. ex quo intellegi par est

---

ſcrıpτæ *AB* deſcrıpτe *H* 1 pophſ *H* populı* (*fuit* populıſ) *AB* (*coniunxit corrector* populi fauore, *ut in editionibus nonnullis uetustioribus legitur*) fauero *corr* fauore *AB* fauorı *sed* orı *in rasura H* reı (ı *ut uidetur a corr*) *H* τenunτ *B* 2 apelları *ABH* 4 conſτaτ | (τ *extremum in ras corr*) *Heinsianus* conſτanτ *AB* 5 ıncolomıτaτem *H* Incolomıτaτum *corr* Incolomıτaτe*m *A* ıncolomıτaτe *corr* ıncolomıτaτẽ *B* uıτaq; *corr* uıτãq; *B* homıñ *A* quı&ıam *B* quı&ā (&ā *in rasura*) *A* 6 ınuenτaſ *Heinsianus* **dıτaſ (con supra; dı *corr ex* uı) *A* * ınτaſ (con..ı supra) *B*; *apparet primitiuam scripturam* intas *fuisse* (*ut* 3, 19, 44 intis *est in libris pro* inuentis), *idque Heinsiani auctorem recte interpretatum* ſcıτaſ anxerınτ *per rasuram mutatum in* ſcıτa* ſanxerınτ *A* 7 ſancxerınτ *B* ſanxerunτ *H* eaſ e *per rasuram corr in* ea* ſe *A* ſcrıpτuruſ aτque laτuruſ (*utrobique* oſ *corr*) *ABH* 8 ıllıſ *Monacensis* ıllıſ *ABH* ascitis *unus Goerenzii*, *Lambinus teste Dauisio* (*nam in editione Lambini a.* 1565 ascriptis *ut in plerisque legitur nec quicquam adnotatur*) adſcrıpτıſ *ABH* ascitus *deteriores nonnulli* honeſ beaτıſq; *corr* honeſτı beaτı*q; *B* honeſτe beaτeque *corr ex* honeſτı beaτıque *A* honeſτı beaτıq; *H* 9 quę cum ıτa *H* conpoſıτa|| (a *in exitu folii corr ex* ae *ut uidetur*) *A* eaſ *in rasura A* 10 nomınarem *corr* enτ *B* (*sic*) nomınarenτ *AH*, *et hoc, quod Victorius in* nominarunt, *alii aliter mutarunt, conueniens sententiae et pa ne necessarium esse iudico, si quidem hoc significari intererat, iussu et auctoritate latorum ea scita a populis leges nominari: neque in conformatione sententiae difficultatem agnosco, confer de orat.* 2, 86, 352 Simonidi dixisse se dimidium eius ei daturum: reliquum a Tyndaridis peteret. [*hoc unum exemplum posueram, non quasi ratio dicendi singularis esset, sed ut tamen unum quaerenti in promptu esset: nam usus iste latissime patet plurimisque exemplis Cicero-*

eos, qui perniciosa et iniusta populis iussa descripserint, quom contra fecerint quam polliciti professique sint, quiduis potius tulisse quam leges. ut perspicuum esse possit in ipso nomine legis interpretando inesse uim
12 et sententiam iusti et ueri legendi. quaero igitur a te, Quinte, sicut illi solent: quo si ciuitas careat, ob eam ipsam causam, quod eo careat, pro nihilo habenda sit, id estne numerandum in bonis?

---

nis, Caesaris (dixit sibi placere ternas tabellas dari iis sententiasque de singulis ferrent *b. c.* 3, 83, 3), *Nepotis* (certiorem facit Datamen, tempus esse maiores exercitus parari, deque ea re in colloquium ueniret), *Liuii etiam, firmatur, et omnino ea sententia, quam consilio scriptoris commendari et posci dixi, ne potuit quidem aliter efferri.*] ıntellegı (ıntell *in rasura*) *A* 1 et iniusta *olim correctum* & ıuſta *BH* & ıuſta po | *in rasura A* deſc|rıpſerınt *corr* deſ*|crıpſerınt *B* 2 quom *A* quom (c *supra*) *B* cum *superscripto* q̄ *H* contra fecerınt (a fe *in rasura*) *A* ſollıcıtı *corr* poll *AB* ſollıcıtı *sed* ſ *in ras corr ex* p (*sic*) *H* ꝓfeſſıq; *H* profeſſı*que (o *erasum*) *AB* 3 quıduıſ *A* potuſ (tı *supra*) *H* potıuſ tulıſ| ſe (uſ tulıſ *in rasura*) *A* eẽ poſcıt *corr* ẽẽ poſſıt *B* eſſe poſſıt (eſſe *in rasura et* ſ *altera in* poſſıt *corr*) *A* ẽẽ* poſſıt *H* 4 ıntpraetando *B* ıneſſe* (ſſe *in ras corr*) *H* 5 ıuſtı & uerı legendı *Heinsianus* ıuſtı & curılendı (ıurıſ colendı *supra*) *B* ıuſtı & ıurıſ|** colendı (ıuſtı *in rasura*, & ıurıſ *in margine a corr add, porro* co *in litura quattuor litterarum, et solum* lendı *manu antiqua scriptum*) *A, in quo dubium non est quin prima manu idem scriptum fuerit, quod in B plane cognoscitur;* [*eique leues errores communis fontis* (lendi *pro* legendi, curı *siue* eurı *pro* ueri, *ut p.* 67, 7 urı (e *supra*) *scriptum est*) *in Heinsiano recte sublati sunt neque meliora inueniri posse facile concesserim*] quero *H* ad te *A* 6 quıntae *B* quo si *Monacensis* quod ſı (qđſı) *ABH* *quod post prius* careat *A in margine* lege *habere scribit Halmius errauit* careat (lege *supra*) *H* 7 eo (o *in* a *mutatum et* o *superscriptum*) careat | lege (lege *in margine ad extremum uersum appictum*) *H* nıchılo *Heinsianus sed ut* o *a corr uideatur;* nıhıl *AB* 8 ıd eſt ne *H* ıdēne *B* ıdemne (mne *in rasura, uidetur* ıdeſtne *fuisse*) *A* numerandū ın bo *in rasura A* numeranda* (a *in ras corr, potuit esse* dum) *H* *Apparet scribam Heinsiani hunc*

QVINTVS. Ac maxumis quidem.

MARCVS. Lege autem carens ciuitas estne ob *id* ipsum habenda nullo loco?

QVINTVS. Dici aliter non potest.

MARCVS. Necesse est igitur legem haberi in rebus optimis.

QVINTVS. Prorsus adsentior.

MARCVS. Quid quod multa perniciose, multa pesti- 13
fere sciscuntur in populis? quae non magis legis nomen adtingunt, quam si latrones aliquas consessu suo sanxerint. nam neque medicorum praecepta dici uere possunt, si quae inscii inperitique pro salutaribus mortifera conscripserunt, neque in populo lex, cuicuimodi fuerit

---

locum ad arbitratum suum conformasse; uoluit enim quod si ciuitas lege careat, ob eam ipsam causam quod ea careat lege, pro nihilo habenda sit, id est ne numeranda in bonis. 1 maxımıſ *B* maxı*|*mıſ *H* 2 cadenſ *AB* carenſ (r *corr in ras*) *H, in marg* ñ id *addidit Lambinus, quod abesse non posse docet Maduigius de fin.* 2, 28, 93 3 nullo (n *corr*) *A; [de* nullo loco *cf. Lachmannum in Propertio p.* 179] 4 poteſt (teſt *in rasura*) *A* 5 habere *B* 7 prorſuſ *BH* proſuſ *A* adſentıor (ad *in rasura*) *A* 8 quıdquıd *corr* quıdquıd (*sic*) *B* pnıtıoſa *B* pnıcıoſę *A* pnı|cıoſę *H* peſtıferę *corr* peſtıfera *B* peſtıferę *A* peſtıfere *H* 9 ſuſcuntur *corr* ſcıſcuntur *B* ſcıſcuntur | ıɴ *in rasura A* ſcıſcantur ut *Heinsianus* populıſ (ſ *e corr*) *B* que *H; [a* quae *responsum infertur ad interrogationem, ut p.* 16, 3] legeſ *corr* ıſ *B* nomen *deteriores* non *ABH* 10 adtıngunt *AB* attıngunt *H* quaſı *H* latrones '*quidam*' *apud Turnebum* latoreſ *ABH* consessu *Lipsius* con*ceſſu (*fuit* comceſſu) *A* conceſſu *H* conceſſuſ uoſ *B* ſanxerınt *A* ſancxerı*nt (*fuit* ſancxerunt) *B* ſaxerunt *H* (*sic*) 11 possunt *margo Lambinianae nescio cuius* poſſent *ABH* (*Halmius errat*) 12 ſı *a corr add B* ımperıtı *B* ımperıtıq; *H* 13 ın *superscriptum A* cuıquımodı *corr* cuıcuımodı *A* cuı quımodı *B* cuımodı *H* fuerınt *AB* fuerınt *H. In quibus quid uitiosi sit non uideo; nam quod* fuerınt *pro* fuerıt *leui nec raro in his libris errore scriptum est, mendi suspicionem mouere non debuit: illa autem* cuicuimodi fuerit *paene*

illa, etiam si perniciosum aliquid populus acceperit. ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem [et] expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio inprobos adficiunt, defendunt ac tuentur bonos.

6 QVINTVS. Praeclare intellego, nec uero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem.

14 MARCVS. Igitur tu Titias et Apuleias leges nullas putas?

QVINTVS. Ego uero ne Liuias quidem.

MARCVS. Et recte, quae praesertim uno uersiculo senatus puncto temporis sublatae sint: lex autem illa, cuius uim explicaui, neque tolli neque abrogari potest.

QVINTVS. Eas tu igitur leges rogabis uidelicet, quae numquam abrogentur.

---

non distant ab his quamuis praua sit. *Confer de inu.* 2, 45, 134 legem, cuicuimodi sit, in praesentia conseruari conuenire; *nam sic recte Lambinus quod erat in libris* cuiuscemodi *correxit* 1 ꝑnıtıoſum *B* popłſ (ſ *in ras corr, fortasse ex* o) *H* 3 antıquıſſımā *ex* ımū *corr A* & expreſſa *B* *expreſſa *A* & expreſſa natura *H* 4 ſubplıcıo *corr* ſupp *A* ſupplıtıo (t *mutatum in* c) *B* 5 ım|ꝓboſa *sed* a *erasum B* adſıcıunt *A* ſupplıcıo ımꝓboſ affıcıunt. *H* 6 preclare *A* ıntellego (o *in rasura*) *A* 7 habendam (a *ante* m *ras corr*) *H* 8 appellandam (appell *in rasura*) *A* 9 Titias *Turnebus* tu Titias *Antonius Augustinus* tutıaſ *ABH, quod fuisse* tuTIaſ *scribendum*, tı *syllaba ut bis legeretur, Ianus Gruterus credidit, eo artificio scriptionis usus, quod uel nostrae aetatis philologis quibusdam imposuit, nuper ab Hauptio lepide exagitatum* (*Opp.* 3, 311), [*et iam prius recte iudicatum ab Heinrichio in Cic. or. pro Scaur. etc. p.* 105 *et add. p.* XXIV] apulejaſ (ej *in rasura*) *A* apuleıaſ *Heinsianus* tutıa ſe tapuleıaſ (p *corr ex* b) *B* nullaſ (ſ *ut uidetur corr*) *H* 11 Liuias *Victorius* leıuıaſ *ABH* 12 recte (e *ultima in rasura*) *A* que *H* preſertım *A* 13 ſublate *H* 14 uım* (u *et* m *in ras corr*) *H* explıcauı (uı *in ras corr*) *H* poteſt·e·ſ *B* 15 rogabıſ (g *et* b *corr, uidetur* rocauıſ *fuisse*) *A* rogaſ *B* rocab (*sic*) *H*

MARCVS. Certe, si modo acceptae a duobus uobis erunt. sed, ut uir doctissimus fecit Plato atque idem grauissimus philosophorum omnium, qui princeps de re publica conscripsit idemque separatim de legibus eius, id mihi credo esse faciundum, ut, prius quam ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam; quod idem et Zaleucum et Charondam fecisse uideo, quom quidem illi non studii et delectationis sed rei publicae causa leges ciuitatibus suis scripserunt: quos imitatus Plato uidelicet hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, non omnia ui ac minis cogere.

---

1 certe (e *ultima in rasura*) *A* certis· *H* accep|ta*ea (e *e corr, fuit ut uidetur* tae a) *H* 3 grauissimus (grauis *in rasura*) *A* phylosophorum *B* omnium qui *mutatum in* omnium que *AB* qui (*omisso* omnium) *H* 4 conscripsit (*sic sed* q *inductum*) *H* seperatim *B* legibus (bus *in rasura*) *B* 5 idem *Halmius coll. de off.* 1, 1, 1; item *Lambinus* faciendum *H* 6 egis legis *B* eius legis *A sed* iu *corr, ut potuerit* egis *fuisse*; e lege laude (*fuit* laudē) *H*, *h. e. scriba ex his quae per errorem primo scripserat* de eius lege laudem dicam *suo arbitrio effecit* de eius laude dicam, *ad mentem Halmii, qui* legis *tolli iussit, non recte, nec obtemperauit Baiterus: confer* 2, 23, 58 cum lamina esset inuenta et in ea scriptum lamina, *ubi me quidem auctore sed praue alterum* lamina *inducitur; pro Mur.* 14, 31 sin haec bella grauissima uictoriaeque eorum bellorum gratissimae fuerunt; *pro Mil.* 27, 74 cum non impetrasset, ut sibi insulam in lacu Prilio uenderet, repente in eam insulam materiem conuexit; *Tusc. disp.* 5, 20, 59 cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset eiusque fossae transitum coniunxisset; *de fin.* 3, 5, 16 ad suum statum eaque, quae conseruantia sunt eius status, diligenda, *multa alia* 7 & zaleucum *AB* est (*h. e.* est *corr in* etiam) zaleucum *H*; *cf. de nat. deor.* 3, 3, 8 hoc idem et philosophi faciunt et ego ut potui feci (*Halmius errauit*) charonnidā *A* cha|ronnidam *H* carnorudā *corr in* carronnidā *B* (*sic*) quō *A* qm (*h. e.* quoniam) *B* (*sic*) cum *H* 8 quidam *H*, *corr* quidem *B* quidē *sed* ē *e corr A* dilectationes *corr* dilectationis *A* 9 scripserint *R. Stephanus* 10 legis putauit ēē per *in rasura A* 11 ui *in ras corr H*

15 Qvintvs. Quid quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus?

Marcvs. At Theophrastus, auctor haud deterior mea quidem sententia, meliorem multi nominant; commemorant uero ipsius ciues, nostri clientes, Locri. sed siue fuit siue non fuit, nihil ad rem: loquimur quod traditum est.

7 Sit igitur hoc iam a principio persuasum ciuibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos eaque, quae gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemque optime de genere hominum mereri et qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente,

---

1 q̨d q̃d *in extrema pagina H* 2 fuiſſe* (*fuit* fuiſſ&) thimeuſ *B* fuiſſe ıma eɉ *H* fuiſſe thımẹuſ a *in rasura A* [*De oratione* Zaleucum istum negat ullum fuisse *confer de rep.* 1, 38, 60 imperium, quod quidem, nisi unum sit, esse nullum potest]
3 theopraſtuſ (e *corr*) *A* theo praſtuſ *H* aut *H*, *corr* haud *AB*
4 *post* nominant *addidit* commemorat *Baiterus, quod aptum non est et aptius certe scribi poterat* At Theophrastus (ait) auctor, *sed et hoc inutile esse mihi quidem uidetur, qui ex* negat ullum fuisse (*h. e.* dicit nullum fuisse) *recte audiri* dicit fuisse *putem, cuius generis multa exempla et nonnulla longe hoc duriora extare apud Ciceronem notum est: uide Maduigium de fin.* 2, 8, 25 *Confer de eodem dissensu Timaei cum Theophrasto ad Att.* 6, 1, 18 5 Locri *deteriores* lucri *ABH* 5 *et* 6 ſiui *corr* ſiue *A* 6 quotraditū *AB* quod traditum *sed* d *in ras*, *et* t *corr* (*fuit* quot rad) *Heinsianus* 8 sit igitur *deteriores* ſi igitur *ABH* 9 moderatoſ *H* moderatoſ (re *superscr.*) *AB* eaq̃; (q· *superscr.*) (*h. e.* eaq; *corr in* eaq. q̃;) *B* eaqụeque̜ *A* eaq; que *H* 10 generant̃ *H* geṇeṛant̃ *B* gerantur (rantur *in rasura*) *A* geri (ri *in rasura trium quattuorue litterarum*) *A* iudicionọ ac nomine (ȳ *superscr.*) *A* (*sic*) iudicionẹ ac numine *B* iudicio·ne ac nomen *H* ui ditione atque numine *Turnebus* ditione atque numine *Ascensiana*, *id quod Halmius Baiterusque* (*nisi quod* dicione ac) *expresserunt, sed ex A apparet primitiuam scripturam fuisse, quod Victorius* (*nisi quod* atque) *et C. Stephanus posuerunt*, iudicio ac numine, [*in quo* iudicium *intelligo* arbitrium, *ut* nutu et arbitrio *nonnumquam componuntur*]
11 hominūmereri (˜ *et* m *corr*) *A* 12 aṃmittat (d *superscr.*) *B*

qua pietate colat religiones, intueri piorumque et impiorum habere rationem. his enim rebus inbutae mentes 16 haud sane abhorrebunt ab utili aut a uera sententia: quid est enim uerius quam neminem esse oportere tam stulte arrogantem, ut in se rationem et mentem putet inesse, in caelo mundoque non putet, aut ut ea, quae uix summa ingenii *ratione comprehendantur*, *nulla* ratione moueri putet. quem uero astrorum ordines, quem dierum noctiumque uicissitudines, quem mensum temperatio quemque ea, quae gignuntur nobis ad fruendum, non gratum esse cogunt, hunc hominem omnino nu-

---

1 regione ſint ueri *H* regionē ſint|ueri *corr in* re[li]gioneſ*intueri|**** *B* reli|gioneſ intueri *A sed* reli *in exitu uersus add*, gioneſ intueri *initio insequentis in rasura corr* pio|*rumq; & imperium *H* 2 hrabei *H*, *corr* re *AB* hiſ *H* iſ *A* [i]iſ *B* inbutae (tae *in rasura*) *A* mentiſ *H*, *corr* eſ *AB* 3 aut *AH*, aut *corr* haud *B* abutilj*aut a uer*a (*fuit ut uidetur* abutilleaut auerſa) *B* ab utili illa (li illa *in rasura*) aut auerſa *Heinsianus* ab|horrebunt ab utili aut a uera *praeter* ab *prius in rasura A* 5 ſtultạe *B* arrogantem (*sic*) *Heinsianus* abrogantem *AB* ut in ſe *praeter* e *in rasura A* 6 ineē* *H* mundo|quạe *B* aut ut *AH* ṛaut *omisso* ut *B* eaq; *B* eaquę|(uę *corr*) *A* ea que *H* 7 ingenii ratione moueri *ABH; supplementa* ratione comprehendat nulla *primum* (*quod sciam*) *in Victoriana, non in Ascensiana, leguntur: in quibus duplex* ratione, *quae causa est defectus, et accommodatum huic sententiae et necessarium est, et recte* summa ratio *dicitur, confer de nat. deor.* 2, 44, 115 (2, 38, 97); *de off.* 2, 23, 83 summa ratio et sapientia boni ciuis; *et quod* summa ingenii ratione *positum est, potuit uel* summa excellentis ingenii ratione *uel simile poni, sed illud in eandem notionem accipitur, itaque ego tenui haec supplementa, nisi quod* comprehendantur *malui* 9 noctiūq; *H* noct[i]umq; *B* noctiumque (um *in rasura*) *A* uiciſſitudiniſ *corr* neſ *AB* uiciſſitudineſ *H* menſiū* *ras corr ex* menſum *H* 10 eaq̃ *sed* q̃ *ras corr H* eaq; *corr* eaq; *B* que[q·] ea quę gignunt̃ nob̃ ad fruendū non gratum|*in rasura A* 11 numerari qui decet *deteriores* numerari| q; dec& *corr* |neq;·dec& *B* numerari q[ne]uedec& *praeter* numerari *in rasura A* numerari neq; de-

merari qui decet? quomque omnia, quae rationem habent, praestent iis, quae sint rationis expertia, nefasque sit dicere ullam rem praestare naturae omnium rerum, rationem inesse in ea confitendum est. utilis esse autem has opiniones quis neget, quom intellegat quam multa firmentur iure iurando, quantae saluti sint foederum religiones, quam multos diuini supplici metus a scelere reuocarit quamque sancta sit societas ciuium inter ipsos, diis inmortalibus interpositis tum iudicibus, *tum* testi-

---

c& *H* 1 quomque (quom *in rasura*) *A* cumq; *B* cumq; *H* 2 praestent iis *unus Moseri, editiones* pręſentuſ *A* p̄ſentuſ *B* pręſentuſ *sed* tuſ *in rasura* (*fuit fortasse* ſent uſ) *H* que *A* sunt *Goerenzius et Baiterus*, [*sed cf. de rep.* 1, 2, 3 eos qui his urbibus consilio atque auctoritate praesunt, iis, qui omnis negotii publici expertes (tantum sapientes) sint, longe duco sapientia ipsa esse anteponendos, *ubi* tantum sapientes *ob sententiam addendum suspicor*, expertes sunt *Halmius et Baiterus, non Muellerus, quem uide; cf. ibid.* 1, 13, 19] rationeſ *corr* niſ *A* expertia nefasque sit dicere *uulgo* expertineaſ quae ſit dicere *B* expti neqeaſ**dicere (neqeaſ**dicere *in rasura*) *A* (*sic*) expti ne eaſ quę ſit dicere *H* 3 preſtare *A* p̄parare *H* nature *H* re|rerum *B* 4 utiliſ *corr* utileſ *A* eſſe* aut (t *erasum*) *H* 5 oppinioneſ *H* qiſ *B* q̄m (cum) *B* cū* (*fuit ut uidetur* quō) *A* cum *H* 6 firmētur (˜ *e corr*) *H* quātę *B* quaNtę (aNtę *in rasura*) *A* quante *H* saluti *Lambinus* ſalutiſ *ABH* foederū *corr* foederā *B* foedorū *corr* foedorā *A* fęderum *H* 7 religioneſ *H*, *corr* niſ *A* religioniſ *B* diuini (i *ultima in rasura corr*) *A* diu in *Heinsianus* ſupplici *A* ſupplicij *sed* j *rec add B* ſupplicio *Heinsianus* ſcelere (ſ *in rasura*) *A* 9 immortalib; *BH* int̄ poſitiſ* (ſ *extremum in ras corr*) tum (t *ex* c) *H* tum *ante* testibus *add editiones, om ABH* testibus · habes *deteriores* teſtib; hiſ⁊habeſ *A* teſtib; iſ⁊habeſ *B* teſtibuſ hiſ·|habeſ *H*; iſ *uel* hiſ *illud ex ultima syllaba uocis* testibus *ortum esse puto: certe* hic habes, *quod Halmio in mentem uenit, alienum est ab usu;* [*nec felicius alia coniecta sunt. immo ex hac scriptura* TESTIB·US habeſ *effectum* testibus iis, *uelut apud Lucretium* 6, 1240 POENIBAT *abiit in* Poenibus at *h. e.* POENIB·AT, *de quo genere Lachmannus ad Lu-*

bus. habes legis prohoemium; sic enim haec appellat Plato.

QVINTVS. Habeo uero, frater, et in hoc admodum 17
delector, quod in aliis rebus aliisque sententiis uersaris atque ille; nihil enim tam dissimile quam uel ea, quae ante dixisti, uel hoc ipsum de deis exordium: unum illud mihi uideris imitari, orationis genus.

MARCVS. Velle fortasse; quis enim id potest aut umquam poterit imitari? nam sententias interpretari perfacile est; quod quidem ego facerem, nisi plane esse uellem meus. quid enim negotii est eadem prope uerbis isdem conuersa dicere?

QVINTVS. Prorsus adsentior; uerum, ut modo tute dixisti, te esse malo tuum. sed iam exprome, si placet, istas leges de religione.

MARCVS. Expromam equidem, ut potero, et quoniam 18
et locus et sermo familiaris est, legum leges uoce proponam.

---

cretii 5, 1102] 1 legeſ *H*, *corr* ıſ *AB* prohomıum (o *corr in* e) *A* proemıum *B* (*sic*) ꝓhemıum *sed* he *in ras corr H* haec *ABH*, *idque cur deleatur aut in* hoc *mutetur causa nulla est: graece diceres* τὰ τοιαῦτα 4 uerſarı· *H* 5 adque *A* eaq; *corr* ea,q; *A* ea que *H* 6 de diis *Bakius* deeıſ *AB* de eıſ *H* 7 ıllur *corr* ud *A* 8 uello *corr* uelle *B* unquam *H* 9 ınterp̄tarı (p̄tarı *in rasura*) *A* ınt̃ prętarı *H* 10 quıdem (e *in ras corr*) *H* 11 uł‿lem (*sic*, ł *e corr*) *H* eſτ eadē prope *in rasura A* 12 ıſdem *H*, *corr* ȷıſdem *AB* 13 proſuſ *A* prorſuſ *B* ꝓrſuſ *H* *aſſentıor (aſ *in rasura trium litterarum capaci*) *H* 14 ſed ıam *Heinsianus sed ut in* ıa *aliquid rasurae sit;* ſed &ıā *AB* exꝓme *corr ut sit* expme *et statim* exꝓmam *H* 15 ıſταſ (ıſ *in rasura*) *A* de religione *deteriores* dar&|relıgıone (*h. e.* dar& *corr in* dare) *A* dar& relıgıone *B* dare|relıgıone *H* 16 expromā*equıdem (~ *a corr add et* e *ante* q *e corr*) *A* expromame quıdem *B*, *unde intelligitur correctionis ratio in A*, exꝓmam equıdem *H* 17 leges legum *Moserus*, leges *Halmio glossa uidetur, sed tamen ea*

QVINTVS. Quidnam id est?

MARCVS. Sunt certa legum uerba, Quinte, neque ita prisca, ut in ueteribus XII sacratisque legibus, et tamen, quo plus auctoritatis habeant, paulo antiquiora quam hic sermo est: eum morem igitur cum breuitate, si potuero, consequar. leges autem a me edentur non perfectae, nam esset infinitum, sed ipsae summae rerum atque sententiae.

8 QVINTVS. Ita uero necesse est; qua re audiamus.

19 MARCVS. ‘Ad diuos adeunto caste, pietatem adhi-

---

ipsa re quod se excipiunt hae uoces (*et hoc ordine melius se excipiunt, quoniam* legum *maiorem uim habet*) *patefieri scriptoris consilium uidetur, quod sic fere possis exprimere uerbis:* expromam istas leges de religione et quidem quoniam sunt leges legum uoce eas proponam: *et sic saepius praeter necessitatem sed certa ratione aut res aut persona ante significata iterum designatur, uelut pro Sestio* 26, 57 rex amicus; *de orat.* 1, 38, 175 testamento exheres filius *post* miles, *de quibus nonnulli non recte iudicarunt, recte G. Sorofius; de diuin.* 1, 57, 129 sic animi hominum, cum aut somno soluti uacant corpore aut mente permoti per se ipsi libere incitati mouentur, cernunt ea, quae permixti cum corpore animi uidere non possunt, *ubi* animi *item puto praue deleri. confer Tusc.* 1, 28, 70; *de lege agraria* 2, 4, 9; *infra* 2, 19, 47 uoce *Heinsianus* uocem (uocē) *AB* 1 quidnam id est? Sunt *Victorius* quıdnā ın-eıſ* (ſtı· Sed) ſunт (ıſ *in rasura*) *A* quıdnā ıne(ı)ſſ& (ſıт) ſunт (ſ& *corr in* ſed) *B* quıd nam ınesset· (т *in ras corr*) ſunт *H. Cur Halmius* quidnam istuc est *maluerit, nescio; confer Brut.* 5, 20 2 quınтe *H* quıncтe *B* quınтe (тe *in rasura*) *A* 3 XII *Cuiacius* ex hıſ *BH* exiſſacraтıſq.|*** legıbuſ *A sed* ſſ *e corr; uidetur* exuſacr *fuisse;* q. *in fine uersus a corr add, initio insequentis litura, in qua* que *fuisse suspicor. Halmius aberrauit* 4 quo *corr ex* qđ *A* quod *Heinsianus* aucтorıтıſ (тa) *A* 5 com**** morem| *A sed et* com, *correctum in* eōm, *et* morem *in loco raso* 6 poтuero *H* poтụero *A* poтero *B* legıſ *corr* eſ *AB* legeſ *H* edenтur *H* edenтĕr *AB* 7 ıpſe ſumme *H* 10 ad-eṛunтo caſтąe pı&aтē ḥabeụnтo (dı·) *B* adeř caſтe pıeтaтem abeunтo *H* ade]unтo caſтe pı&aтē ad|hıben[тo *praeter syllabas seclusas in rasura A, quem ne dubites ante lituram eadem tenuisse,. quae legun-*

bento, opes amouento. qui secus faxit, deus ipse uindex erit.

Separatim nemo habessit deos neue nouos neue aduenas nisi publice adscitos; priuatim colunto quos rite a patribus

Delubra habento: lucos in agris habento et Larum sedes. ritus familiae patrumque seruanto.

Diuos et eos, qui caelestes semper habiti, colunto, et ollos, quos endo caelo merita locauerint, Herculem,

---

tur in B 1 operiſ *B* operiſ *H* opeſ** *sed* ſ *e corr A; ex scriptura* opeiſ *uidetur illud* operiſ, *quod etiam A habuit ante rasuram, ortum esse* ſecutuſ *B* faxit deuſ|(it d *in ras corr*) *H* uin* dex|erit *H* *Lactantius Inst. diu.* 5, 20, 3 Cicero in suis legibus, cum caste ad sacrificia praeciperet accedere, 'pietatem' inquit 'adhibento, opes amouento: qui secus faxit, deus ipse uindex erit.' 3 habenſ ſit deeuſ *B* (*sic*) habenſ ſit deoſ *H* hebeſ* ſit deōſ nemo ha|beſſit dſ (*sic:* e *prius et* ſ *in* hebeſ *e corr,* ha *in fine uersus obscurum*) *A* nouoſ *AB* nouoſ *H* ſedue (u *corr in* n) aduena* (*fuit* aduenaſ) *AB* ſet aduenaſ (t *in ras corr*) *H* (*sic*) neue aduenas *Manutius* sed nec aduenas *Lambinus* 4 pulice *A* adſcitōſ *B* colunto quoſtrite (*fuit* trite) a patribuſ *B* colunt·oquoſ|trita ea (*sic*) patribuſ *Heinsianus* colunto*quoſ*rite** a patribuſ (colunto *in rasura*) *A*, *in quo item* quoſ tritae a *fuisse apertum est* colunto quos rite a patribus (cultos acceperint) *Maduigius Opp.* 2, 134; *possis etiam non minore cum probabilitate* colunto quos rite (cultos acceperint) a patribus 6 delubra in urbibus *R. Stephanus*, *sed* in urbibus *nec hoc loco nec ante* delubra *requiritur* lŏcoſ *AB* habent olocoſ (*corr* to·lo) *H* habent o&|(*corr* nto &) *H* 7 patriāque *AB* patriamq; *H* patriaeque *Ascensiana, Victoriana* patrumque *R. Stephanus*, *confer p.* 105, 1 ritus familiae patrumque ſeruanto·diuoſ (o·d *in rasura corr*) *A* ſeruant odiuoſ (*corr* nto odi) *H* 8 ſemp *superscriptum B* colunto (co *in rasura*) *A* 9 eolloſ *B* *olloſ *A* & illoſ *H* quoſ endocaelō merita*uocauerint (a *in* merita *corr*, *puto* merit auocauerint *fuisse*) *A* quoſ endo caelō|merita uocauerint *B* quoſcū deo cęlo me|rita uocauerint *H* *Lactantius Inst. diu.* 1, 15, 23 nam de legibus, quo in opere Platonem secutus leges uoluit po-

Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum, ast olla, propter quae datur homini ascensus in caelum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem: earumque laudum delubra sunto, ne uncula uitiorum.

Sacra sollemnia obeunto. feriis iurgia amouento eas-

---

nere, quibus putaret usuram esse iustam et sapientem ciuitatem, de religione ita sanxit 'diuos et eos, qui caelestes semper habiti *sunt,* colunto et illos, quos in caelo merita *locauerunt,* Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum.' locauerunt, *Lactantii testimonio firmatum, Ianus Dousa filius restitui iussit,* locauerint *Feldhuegelius,* conlocauerint *Halmius, nimium, ut saepe, tribuens liturae quae est in A; nam usus utrumque recipit: sic Cicero, qui de off.* 3, 5, 25 Herculem in concilio caelestium collocauit, *ad Q. fr.* 1, 1, 10, 31 uirtutes in deorum numero collocatas *scripsit, de consol. fr.* 5 (14) *teste Lactantio Inst. diu.* 1, 15, 20 approbantibus dis immortalibus ipsis in eorum coetu locatam *posuit, idemque sine discrimine* in altissimo gradu dignitatis locati *Philipp.* 1, 6, 14 (*conf. pro Murena* 14, 30) *et* hoc gradu, in quo me senatus populusque Romanus collocauit *Philipp.* 2, 3, 6 *scripsit*

2 aſτola (l *supra*) *H* 'ast *aduersantis non est uerum copulantis.' Turnebus; confer nouissimas de ea uoce disputationes apud Schoellium Legis* XII *Tab. rel. p.* 108 *sqq.* [*nunc Iordani Symb. ad hist. ling. lat. p.* 290 *sqq.*] ꝓpτq; (ue *supra*) (*h. e.* que *in* quae *corr*) *H* homını (ı *ultimum in rasura corr*) *A* aſcenſuſ *ABH* (*sic*) cęlum·ınτẽ *H* 4 ſunτ one uncula *Heinsianus* ſunτo* neculla (o *et* cul *in rasura corr, fuit* ſunτ oneucula) *A* ſunτ|oneuc ulla *corr* ſunτo|* neųc ulla *B;* 'nucula *uetus scriptura est, quo forte modo ueteres locuti sunt, cum ab iis etiam* ningulus *pro* nullus *dictum esse annotetur.' Turnebus; uide quae Bergkius in Philologo* 1859 *p.* 186, *ego in ann. gymn. Austr. a.* 1860 *p.* 15 *scripsimus,* [*neque me de mea opinione deiecit Iordani disputatio l. c. p.* 249] uıcıoꝝ (c *corr in* τ) *A* *Lactantius Inst. diu.* 1, 20, 19 itaque praeclaram illam legem tuam derideo, quam ponis his uerbis 'ast olla, propter quae datur homini ascensus in caelum, mentem, uirtutem, pietatem, fidem, earumque laudum delubra sunto.' 5 ſollemnıa *Heinsianus* ſolemnıa *AB* obeuτo *H* feriis *uulgo* feceríſ *AB Heinsianus* ıurgıamouenτo *AB* ıurgıa ınauenτo *H* iurgia amouento *deteriores nonnulli* iurgia ne mouento *Buechelerus et Mommsenus, sed* iurgia amouento, *quae est fere ipsa librorum scriptura, opinor tam recte dici quam* amouere opes (*p.* 92, 1; 102, 7), adsentatio procul amoueatur (*Lael.* 24,

que in famulis operibus patratis habento; idque ut ita cadat in annuis anfractibus descriptum esto. certasque fruges certasque bacas sacerdotes publice libanto: hoc certis sacrificiis ac diebus, itemque alios ad dies uber- 20
tatem lactis feturaeque seruanto; idque ne committi possit, ad eam rem rationem cursus annuos sacerdotes

---

89), a nobis culpam amouemus (*ad Herenn.* 1, 15, 25), *et* amoto quaeramus seria ludo *Horatii* 1 famulıſ (m *in rasura corr*) *A* ıτaq; *AH* ıτ^a^q; *B* idque *Halmius, quod uerum est* (uerebar ne id ita caderet, *ad fam.* 2, 19, 1; quod ita contigit, *de diu.* 1, 23, 46; id ita esse, id ita facere *saepe*), *nisi quod fortasse* itque *scriptum fuit* 2 cad& *AH* certasque fruges *deteriores* ceteraſque frugeſ *AB* cęteraſq; frugeſ *H* 3 ce*τaſq; (*fuit* cerτaſq;) *H* baċcaſ *A* bacgaſ *B* bacaſ *H* ſacerdoτeſ *Heinsianus* ſacerdoτe* (*corr* ſacerdoτı*, *fuit* ſacerdoτeſ) *A* ſacerdoτe *corr* ſacerdoτı *B* publıcąe *B* libanτo *deteriores* lıberanτo *ABH* 4 *ante* itemque *lenius interpunxi*, [*ut haec cohaererent* bacas sacerdotes p. libanto: hoc (*scil.* faciunto) certis diebus, itemque alios ad dies feturam seruanto: *per* hoc *pronomen apte in hac oratione refertur superior sententia, ut adnectatur nouum: quod genus Caesar scribit B. G.* 7, 72 reliquas munitiones ab ea fossa reduxit: id hoc consilio, ne; *Cicero ad fam.* 7, 32, 3 cupio nostrum amicum in tribunatu quam plurimum habere grauitatis: id cum ipsius causa, tum; *ubi ne est quidem quod* idque *scribatur; de rep.* 1, 32, 49 cum patres rerum potirentur, numquam constitisse ciuitatis statum; multo iam id in regnis minus; *Lucretius* 5, 629 relinqui paulatim solem..: et magis hoc lunam; *Ouidius art. am.* 3, 763 aptius est deceatque magis potare puellas . . hoc quoque, qua patiens caput est: *neque illa aliena sunt de legg.* 2, 14, 34 reddam uero et id si potero breui; *Brut.* 96, 329. *tamen delere pergunt quod non intelligunt; cf. ind. lect.* 1880 *p.* 9] ad dies *Turnebus* addeſ *AB* addenſ (*sic*) *H* up^ber^τaτem *B* 5 feturaeque (*uel* foet.) *deteriores* fuτurę quąe *A* fuτuraeq; *B* fuτureq; *H* ſeruanτo* (o *corr*) *A* ſeruanτe *H* com|mıττı *corr* con|mıττı *A* commı^τ^τı *H; committi mutari non debuit, ante* idque *autem nihil deesse res ipsa et Ciceronis explicatio declarat.* 'id committi *dicitur, in quo delinquitur: sic* sacrum commissum (*p.* 98, 8), *cum in religionem et sacra peccatum est.*' *Turnebus. De pronomine conf. supra u.* 1 *et p.* 102, 4 nam illud .. tollitur. 6 ratione *Tur-*

finiunto, quaeque quoique diuo decorae grataeque sint hostiae prouidento. diuisque aliis *alii* sacerdotes, omnibus pontifices, singulis flamines sunto; uirginesque Vestales in urbe custodiunto ignem foci publici sempiternum.

Quoque haec priuatim et publice modo rituque fiant discunto ignari a publicis sacerdotibus. eorum autem genera sunto tria, unum, quod praesit caerimoniis et sacris, alterum, quod interpretetur fatidicorum et uatium

---

nebus, *sed* ad eam rem rationem *eo modo dici uidetur quo* res *et* ratio *inde a Plauto per omnem latinitatem discrimine paene nullo copulari solent.* 1 quaeq; quoıquạe *B* quę*q;·que (cui *superscr.*) (ę *corr*) *A* quęq; quoıque *H* decore *AH* graтe|quạe *A* craтeq; *corr* graтeq; *BH* (*sic*) 2 ꝓuıdenтıę (тı *in comp*) *H* alii *add Ascensiana* 3 flamınıſ *H*, *corr* neſ *AB* ſunтo*uırgıneſque (o *corr*) *A; fuit ut puto* ſunт ouırgıneſque, *quem ad modum* 4 cuſтodıunт oıgnē *mutatum est in* cuſтodıunтo* ıgnē *et similiter saepius* 4 ueſтalıſ *AH*, *corr* leſ *B* ıgem (n *superscr.*) *B* 6 quoq; haec (7 *superscr.*) (*h. e. superscriptum* et) prıuaтım & pub|lıcem quae (modo·rıтuq· o *superscr.*) fıanт (*sic*) *B* quoq;|*** & prıuaтım & publıce modo rıтuq. (quo *superscr.*) fıanт (& *post lituram e corr*, modo rıтuq. *in litura*) *A* quoq; hęc prıuaтım & publıce modo rıтuq; fıanт *Heinsianus*, *quae fuisse eadem in A ante lituram et res ipsa et Heinsiani cum illo libro cognatio persuadet, nec profecto est quod alia anquirantur* [*cum Halmio, qui praue de librorum scripturis iudicauit aliosque traxit; quod in A eadem fuisse scripsi quae sunt in H, scripsi memor eorum quae in praefatione dixeram correctorem eius codicis* '*ubi uel litterae syllabaeue correctione defungi posset, saepe tota uocabula abrasisse;*' *quae negligunt uidelicet ii qui calumniari malunt quam eorum quos impugnant sententias cognoscere* (*conf. p.* 23, 10); *quae B pr habet, non fuisse in A liturae spatium coarguit.*] 7 dıſcuncтo *H* ınnarı *corr* ıgn *A* a* *H* eorum *olim correctum* earum *ABH* 8 genera ſ̄ oтrıunū *corr* genera ſuN̄ oтrıunū *B* genera ſunтo duo unū (o duo *corr in rasura*) *A* genera ſūт (*hoc praeter* ſu *e corr*) тrıa·unū|(тrıa·unū *in rasura*) *Heinsianus* quod *H*, *in rasura A* qđ *B* cerımonııſ *AH* 9 ſacrı (ſ *superscr.*) *ABH* ınт̄prętetur *H* faтıcorum (dı *superscr.*) *A* faтı quorū (dıc *superscr.*) *B* faтıdı|coꝝ (*sed* dı *a corr add*) *H* uacıum (c *mutatum in* т) *AB* uaтıum

ecfata incognita, quorum senatus populusque asciuerit: interpretes autem Iouis optimi maxumi, publici augures, signis et auspiciis postera uidento, disciplinam tenento; sacerdotesque uineta uirgetaque et salutem po- 21
puli auguranto; quique agent rem duelli quique popularem, auspicium praemonento ollique optemperanto; diuorumque iras prouidento sisque apparento, caelique

(τι *in comp*) *H; cf. p.* 110, 6 1 effata *uulgo* & faτa *ABH* quae eorum *Mommsenus, sed confer p.* 110, 5 ad interpretanda alii praedicta uatium neque multorum, ne esset infinitum, neque ut ea ipsa, quae suscepta publice essent, quisquam extra collegium nosset; *itaque hic dicit* quorum uatium effata senatus populusque asciuerit, *h. e.* (*ne quis quod factum scio eo uerbo a uera sententia abducatur*) quorum effata publice suscepta sint (*cf. p.* 92, 4) ſenτuſ (a *supra*) poplſq; (l *in ras*) adſue|uerıτ (e *in fine uersus a corr*) *H* 2 ınτpτeſ (τeſ *in rasura*) *A* obτımı *A* opτımı *B* opτımı (ı *ante* m *in ras*) *H, sed omnes* maxumı augure ſıgnıſ *A* augureſ ıgnıſ *B corr in utroque,* augureſ|ſıgnıſ (ſıg *in ras*) *H* 3 postera *siue Lambini siue Manutii coniectura* poſτea *ABH, quod Turnebus* 'res futuras' *explicat, ductus fortasse analogia Sallustiani illius* supra ea (*h. e.* quae supra ea sunt), *cuius similia apud Liuium et apud ipsum Ciceronem leguntur: sed hunc credibile non est hoc maluisse quam quod in promptu erat* postera, *quod qui ob significationem spreuerunt, improbabilia sectati, non uidentur recte reputasse disputationem quae est in capite* 13 uıdenτe *H* 4 ſacerdoτeſq.|**** uıneτa *A* et uineta *Halmius, sed nec desideratur particula* (*cf.* 3, 3, 6; 2, 19, 47 de sacris, de uotis, de feriis et de sepulcris et si quid) *neque litura quae est in A eam adiuuat coniecturam* uırgeτaq; (u *corr ex* b *ut uidetur*) *H* 5 quınq; *H* a*genτ *A* rem duellı *in rasura A* queque *corr* quıque *A* ꝓpupularē *corr* ꝓpopularē *A* ꝓpopularem *B* popularem *Heinsianus* pro populo rem *A. W. Zumptius, leuidensi errore qui etiam aliis imposuit abusus* 6 p̃moneτo *Heinsianus* ıllıquęe *B* oblıq; *H* opτemporanτę (*sic*) *B* obτēperanτo *A* obτē|peranτe *H* 7 dıuorūquęe *B* ꝓuıdenτo·ſıſq; *Heinsianus* ꝓuıdenτo*ȷıſq; (*fuit* ꝓuıdenτoſ ıſq;) *B* ꝓuıdenτo ȷıſq; (ȷıſq; *in rasura*) *A; apparet* prouidento sisque *primitiuam scripturam fuisse, quam in ann. gymn. Austriac. a.* 1860 *p.* 18 *uindicare studui neque nunc abiicio* apparenτo *Heinsianus* **parenτo *A* *parenτo (a *erasum*) *B*

fulgera regionibus ratis temperanto, urbemque et agros et templa liberata et effata habento; quaeque augur iniusta nefasta uitiosa dira defixerit, inrita infectaque sunto, quique non paruerit, capital esto.

9 Foederum pacis belli indotiarum oratorum fetiales iudices nontii sunto: bella disceptanto.

---

1 fulgera *corr* fulgora *AB* fulgura *sed* u *ante* r *in rasura H* urbemq; (r *corr ex* τ) *B* urbemque (r *e corr*) *A* urbemq; *H* urbemque et agros *Em. Hoffmannus supra p.* 96, 4 *post* sacerdotesque *inserenda coniecit* 2 et *ante* templa *deleuit Goerenzius* effata *uulgo* efflaτ *H, corr* efflaτa *AB* habenτı *H* habenτ[o]ị *B* habenτo (o *corr ut uidetur ex* ı) *A* queq; augurını uſτa *H* 3 uıτıoſa ạdıra *B* defixerıτ *BH* dıfixerıτ *corr* def *A* dixerit *uel* deixerit *Turnebus et Lipsius;* refixerit *Em. Hoffmannus et L. Langius, quod quam uere dicatur dubito: nam leges, h. e. legum tabulae, proprie* refigi *dicuntur; neque* defixerit *quamuis singulare sit satis tuto destitui uidetur* ı[r]nrıτa *B* ınfecτaq; *Heinsianus* ınfeſτaque *AB* 4 capitale esto *deteriores* capital esto *Manutius* carı[i]τ[o]ạleſτo *B* carıτa leſτo (*sic*) *H* carıſτoleſτo *A* 5 ındoτıarum *H* ınd[v]ọτıarū *AB* faeτıaleſ *B* fęτıaleſ *H* 6 iudices nontii sunto *scripsi* ıudıceſ non ſunτo (τo *in ras H*) *ABH*, ius noscunto *Maduigius nuper* disceptanto *Ascensiana* dıſcepτaτıo *ABH* oratorum *opinor est ab* orato, *non ab* oratore; *duo enim ponit* foedera pacis, belli indutias, *dein seorsum* bella, *quem ad modum in enarratione* (*c.* 14) *in bello suscipiendo, gerendo, deponendo fetialium officium esse uoluit, neque licet illis tribus aut adimere quicquam aut adiicere ultra;* iudices *autem quid uocentur, declarant ea quae scribit ad Att.* 4, 2, 4 tum M. Lucullus de omnium collegarum sententia respondit religionis iudices pontifices fuisse, legis senatum: se et collegas suos de religione statuisse, in senatu de lege statuturos cum senatu: *sic, puto, fetiales, quos publicos iuris belli et pacis interpretes constituit* (*c.* 14), *foedera pacis aut belli indutiae cum orantur uel orata sunt, eorum* iudices *esse iubet eosdemque earum rerum* nuntios, *uelut de legatis scribit in Vatin.* 15, 35 ut non nuntios pacis ac belli, non oratores, non interpretes senatus deligere posset, *et apud Liuium* 1, 32, 6 *fetialis* ego sum *inquit* publicus nuntius populi Romani: *eandemque in uim quam* iudices *appellat fetiales,* bella *eos* disceptare, *h. e. de belli*

Prodigia portenta ad Etruscos et aruspices, si senatus iussit, deferunto, Etruriaque principis disciplinam doceto. quibus diuis creuerint, procuranto idemque fulgura atque obstita pianto.

Nocturna mulierum sacrificia ne sunto praeter olla, quae pro populo rite fient: neue quem initianto nisi, ut adsolet, Cereri Graeco sacro.

Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, im- 22
pie commissum esto: quod expiari poterit, publici sacerdotes expianto.

Loedis publicis, quod sine curriculo et sine certatione corporum fiat, popularem laetitiam in cantu et fidibus et tibiis moderanto eamque cum diuum honore iungunto.

Ex patriis ritibus optuma colunto.

---

suscipiendi causis statuere, iubet. 1 portenta (ten *in rasura*) *A* ętruſcoſ *A* etruſcoſ (t *in ras corr*) *H* et *deleuit Turnebus. Confer de nat. deor.* 2, 4, 10 et nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum (*ubi* et har. *pars librorum*) 2 'iussit *est* iusserit' *Turnebus* &ruria quae *corr* &ruriæ quạe *B* ę&ruriaquae *corr* ę&ruriæquạe *A* etruriaq; (t *in ras corr*) *H* principiſ *ABH* 3 doc& *quibuſ (*uidetur* o *erasum*) *H* fulgura *corr* fulgora *A* 4 *De* obstita *uocis notione et origine olim in ann. gymn. Austriac.* 1861 *p.* 2 *opinationem proposui* 5 ſunto (o *e corr*) *A* 6 quę populo *A* que popło (*sic*) *H* fieNT *in rasura A* neue quem *pauci deteriorum*, *Victorius* neueque *A* neueq; *BH* initianto *deteriores* inianto *AH* inhianto (hi *corr ex* m *ut uidetur*) *B* 7 caereri *B* greco *H*, *in rasura A* 8 nec *Buechelerus coll.* 3, 3, 6, *sed uide Ribbeckium de part. lat. p.* 25 impię *H* impie cōmiſſū ē quod expiari poterit *in textu omissa in imo margine manu antiqua scripta A* 9 esto *Manutius* ē *AB* eſt *H* expirari *B* publici* (*fuit* publiciſ) *B* ſacerdotē|*H* 11 loe|diſ *B* ludiſ *A in rasura* ludiſ (ud *in ras corr; uidetur* lędiſ *fuisse*) *H* 12 fiat *B* letitiam *H* 13 tybuſ *H* moderanto *deteriores* moderato *ABH* eāq; cū|*** diuū (q; cū *in fine uersus e corr*) *A* honore (o *alterum corr*) *AH* 15 obtuma *B* optima *H*

Praeter Idaeae matris famulos eosque iustis diebus ne quis stipem cogito.

Sacrum sacroue commendatum qui cleperit rapsitque parricida esto.

Periurii poena diuina exitium, humana dedecus.

Incestum pontifices supremo supplicio sanciunto.

Impius ne audeto placare donis iram deorum.

Caute uota reddunto: poena uiolati iuris esto.

[quocirca] Ne quis agrum consecrato: auri, argenti, eboris sacrandi modus esto.

---

1 p̄τer deę (r *in ras corr*) *H* ıdeae maτrıſ *A* ıdeæ*maτrıſ (æ *e corr et* e *ante* m *erasum*) *B* 2 ſıτ ıpſae (ſτıpem *superscr.*) *B* ſτıpē *sed* ſτı *in rasura A* *ſτıpem (ſ *e corr*) *H*, *quod fuisse* stupem *aegre mihi persuadetur; sed peccata uidentur ad* ıſτıpem *formam redire, cf. p.* 39, 14 ipseusippo 3 cleperıτ rapſıτque *AB* dēſerıτ rapſıτq; (*sed* dēſ *in ras corr, fuit* clep) *H* clepsit rapsitque *Turnebus* clepsit rapsitue *Lambinus, probatum Maduigio de fin.* 5, 25, 74, *qui* cleperit *formam latinam esse negat* 4 eſτo|opıurıı (o *in fine uersus a corr add*) *B* 5 Pęna *B* pęna *H* perıu|rıı poena dıuına exıτ *praeter* perıu *in margine fini uersus a corr appictum in loco raso A* exıcıum *B* dedecus esto *Lambinus, quod uerbum cur non addiderit scriptor, uideor mihi eandem rationem agnoscere qua p.* 92, 1 deus ipse uindex erit, *non* esto, *scriptum est* 6 incestum *deteriores* ıncepτum *ABH* ſupraemo *A* ſubremo *corr* ſup *B* ſuppremo *H* ſubplıτıo *B* ſubplıcıo *corr* ſupp *A* ſupplıcıo *H* ſancıundo (τ *superscr.*) *AB* (*sic*) ſancıundo *H* 7 ımpıı *sed* ıı *in rasura A*, *conf. c.* 16, 41 placare donis *uulgo* placerıdı|onıſ *B* placęrıd*onıſ (a *superscr.*) *A* placere dıonıſ *H*: *cf. Plauti Rud. prol.* 22 hoc scelesti in animum inducunt suum, Iouem se placare posse donis hostiis. ıram (ı *in ras corr*) *H* 8 reddunτo (o *superscr.*) (d *prius et* τ *corr*) *A* poenā uolaτıſ *corr* uolaτı* (ı *superscr.*) *AB* reddunτ opęnā (o *eras*)|uıolaτı* (ſ *eras*) *H*; poena *deteriores* 9 quocirca *ex c.* 18, 45 (quocirca ne quis iterum idem consecrato *in huius ipsius legis enarratione*) *huc translatum deleri iussit Puteanus, om R. Stephanus;* [*quod ne quis incredibile ducat factum esse, respiciat* 3, 3, 10 *ad haec* is ordo uitio uacato *in A* careto *adscriptum ex enarratione c.* 12, 28 *sumptum*] quis agrum consecrato *deteriores* quıſacrū conſecraτı *AB* quı ſacrum conſecrarı *H* 10 eſτo (o *e corr*) *A* eſτo· (o *in ras*) *H*

Sacra priuata perpetua manento.

Deorum Manium iura sancta sunto. nos leto datos diuos habento. sumptum in ollos luctumque minuunto.'

QVINTVS. Conclusa quidem est a te, frater, magna 10 23 lex sane quam breui, set, ut mihi quidem uidetur, non multum discrepat ista constitutio religionum a legibus Numae nostrisque moribus.

---

2 ſanc|taſ̄ Onoſ *corr in* ſanc|ta ſunt O·noſ *B* ſancta ſunto nos (o *ante* n *in rasura*) *A* ſcã ſunto *H* suos *Dauisius* sos *uir doctus in Miscell. obseru.* 3, 1, 67 [bonos *Urlichsius m. Rhen.* 1878 *p.* 155, *quod speciosum est, uerum esse, uix arbitror, neque conferre debebat c.* 11, 27 omnium quidem animos immortales esse sed fortium bonorumque diuinos, *quae ab hac re aliena sunt, sed potius c.* 22, 55 nisi maiores eos qui ex hac uita migrassent, in deorum numero esse uoluissent; *unde* deos manes *non bonos tantum sed omnes mortuos appellari intelligitur: quod idem Varro dixerat teste Augustino de ciu. dei* 8, 26 omitto quod Varro dicit omnes ab eis (paganis) mortuos existimari manes deos, et probat per ea sacra quae omnibus fere mortuis exhibentur; *ego* nos *retineo pro uero et interpretor* nos homines, si leto dati erimus, diuos habento, *quibus uerbis qui sint* dii manes *definitur; deinde his* sumptum in ollos luctumque minuunto *redit ad deos manes, ut c.* 25, 62 *scribit* iubentur sumptum et luctum remouere a deorum manium iure. *pronomen* nos *et* homines *promiscue saepe in una eademque oratione poni notum est, cum alibi tum in his libris* 1, 13, 35; 1, 10, 28 (1, 7, 23); *cf.* 2, 27, 67 *et graeca Platonis, unde illa ducta sunt.*] leto *H* la&o *B* l&o *A* datos *Turnebus* dato *ABH* 3 diuęſ *B* diuioſ *H* iolleſ *B* iolleſ (*siue* molleſ) *A* molleſ *H* 4 a te, frater *scripsi* alt̄ *B* alte* *A* alt̄ *corr* alta *Heinsianus;* a te tam, *quod ex deterioribus scribunt, nullam habet fidem,* alter *autem, quae primitiua scriptura est, ex* ate[frate]r *h. e.* ater *ortum uidetur: itaque his* Conclusa quidem, *item illis p.* 101, 6 Immo prorsus *Quinti nomen, non Attici, quod uulgabatur, praefixi, eundemque colloquii progressum effeci qui est* 3, 5, 12 Quam breui, frater, in conspectu posita est a te omnium magistratuum descriptio. 5 breui et *Turnebus* breui sed *Gulielmus* breuiſ·& *AH* breuiſ·& (ſime) *B* 6 conſtitutotio *A* relegionum *A* con|ſtitutiore legionum *sed corr* o religionum *H* 7 nummę *A* nūmę *B* numme (*corr* nume) *H* noſtriq; *A*

Marcus. An censes, quom in illis de re publica libris persuadere uideatur Africanus, omnium rerum publicarum nostram ueterem illam fuisse optumam, non necesse esse optumae rei publicae leges dare consentaneas?

Quintus. Immo prorsus ita censeo.

Marcus. Ergo adeo expectate leges, quae genus illud optumum rei publicae contineant, et, si quae forte a me hodie rogabuntur, quae non sint in nostra re publica nec fuerint, tamen erunt fere in more maiorum, qui tum ut lex ualebat.

24 Atticus. Suade igitur, si placet, istam ipsam legem, ut ego utei [tu] rogas possim dicere.

Marcus. Ain tandem, Attice, non es dicturus aliter?

Atticus. Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus, si uoles, remittam hoc tibi.

Quintus. Atque mea quidem *eadem* sententia est.

Marcus. At, ne longum fiat, uidete.

Atticus. Utinam quidem! quid enim agere malumus?

Marcus. Caste iubet lex adire ad deos, animo uidelicet, in quo sunt omnia; nec tollit castimoniam cor-

---

1 ceſſeſ *A Heinsianus* quom *A* q̃m (cũ) *B* cum *H* 2 affrıcanuſ *H* 3 nr̃a (m) *Monacensis* ñra *ABH* u&erẽ*ıllã fuıſſe optumã* *A* ılla *B* nonnece(n)ſſe(ſ).ẽẽ *A* nonneceſſeſ** (eſſe) *sed* ſ *ante rasuram e corr B* non|neceſſe *omisso* esse *H* 4 optumę *H* optume *A* optımę *B* 6 pro(r)ſuſ *A* prorſuſ *B* ꝓrſuſ *H* 7 exſpectatae *B* (*sic*) legeſque *H* 8 ıllum *corr* ud *A* ıllu(d)m *B* ıllud *H* optımum *B* que *H* forte *A* 13 uti rogas *Turnebus* utei rogas *Gruterus* ut & tu rogaſ *ABH* utei tu rogas *Dauisius, sed* tu *in ea formula alienum ab usu uidetur* poſſem dıcere *H, corr* poſſım edıcere *A* poſſem (*corr* poſſım) edıcere *B* 14 tan*dẽ (*fuit* tamdem) *A* tãdem *corr* t(N)adem *B* tandẽ *H* eſ* (*fuit* eſt) *A* ẽ *H, corr* eſ *B* al·t *B* 15 prorſuſ *AB* ꝓrſuſ *H* ſıſcam *sed corr* ſıſcãm (*sic*) *H* 17 eadem *addidit Maduigius Emend. p.* 64 18 ad *A* 20 adıdre *B* adı*re *A* adıdre *H* a(d)deoſ *A* adeoſ *H* ãıoſ *H*

poris, sed hoc oportet intellegi, quom multum animus
corpori praestet obserueturque ut casta corpora adhi-
beantur, multo esse in animis id seruandum magis:
nam illud uel aspersione aquae uel dierum numero
tollitur; animi labes nec diuturnitate euanescere nec
amnibus ullis elui potest. quod autem pietatem adhi- 25
beri, opes amoueri iubet, significat probitatem gratam
esse deo, sumptum esse remouendum: quid enim, pau-
pertatem cum diuitiis etiam inter homines esse aequa-
lem uelimus, cur eam sumptu ad sacra addito deorum
aditu arceamus? praesertim cum ipsi deo nihil minus
gratum futurum sit quam non omnibus patere ad se
placandum et colendum uiam. quod autem non iudex,

---

1 hoc**oporτ& (o *post lituram e corr*) *A* hoc corporι& *H*, *id quod aperit naturam liturae in A* quom *A* cum *B* cum (cum *lineola transuersa inductum, superscriptum fuit haud dubie ut saepius* q̄) *H* 2 corpori *deteriores* corpore *ABH* obſeruετur quae *AB* obſer uετur que *H* caſτa (c *in ras corr, fuit* ſ) corpora adhıbeãτur (~ *a corr ut uidetur*) *Heinsianus* ſaſτa corpora adhıbeat *B* caſτa corpora ad***eaτur (caſ *corr ex* ſaſ) *A* 3 ẽẽ *Heinsianus* *ē (*fuit* ẽẽ) *B* eſτ *in rasura A* 4 [nam illud, *h. e.* castum corpus non adhibuisse; *cf. ad p.* 94, 5; *or.* 20, 67 quidquid est quod sub aurium mensuram aliquam cadat, etiamsi abest a uersu (nam id quidem orationis est uitium) numerus uocatur.] aſpſione *aquae (e *erasum*) *B* 5 animi labes *editiones* anımalabeſ *corr* anımæ labeſ *A* anımal|habeſ *corr* anımae|labeſ *B* *anımal habeſ *H* ne *H* dıuτurnıτaτe uaneſcere *ABH*, euanescere *deteriorum unus et alter, Lambinus* 6 amnibus '*quidam*' *apud Turnebum, Lambinus* amanıbuſ *ABH* ullıſ|*eluı *corr ut uidetur ex* uılı|ſeluı *A* uılı ſer uı *Heinsianus* quod autem *editiones* quoτamen *AH* quoτam̃ *B* pı&aτı *A* pı&aτē *B* (*sic*) pıeτaτe adhıberı* opeſ (a *ante* d *et* o *e corr, fuit* erιo peſ) *H* 8 eſſe***|deo* (d *in margine appicta*) *A* ẽẽ deıſ *sed* ı *in ras corr Heinsianus* quid est enim *Victorius* qui enim *Maduigius* 9 dıuıcıſ (c *mutatum in* τ) *B* equalē *H* 10 eam] eτıam *H* 11 addıτu *B* ad*ıτu *A* addıτu *H* preſerτım *A* ıpſe *corr* ſı *B* 12 ·omnıb; *A* ad *in*

sed deus ipse uindex constituitur, praesentis poenae metu religio confirmari uidetur.

Suosque deos aut nouos aut alienigenas coli confusionem habet religionum et ignotas caerimonias nos
26 sacerdotibus. nam *a* patribus acceptos deos ita placet coli, si huic legi paruerint ipsi patres.

Delubra esse in urbibus censeo, nec sequor Magos Persarum, quibus auctoribus Xerses inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera quorumque
11 hic mundus omnis templum esset et domus. melius Graii atque nostri, qui ut augerent pietatem in deos,

---

rasura corr H 1 ſedenſ *H* preſentıſ *A* poena* m&u* (a *corr in* æ) *A* penę metu* *H* 3 ſuoſ | q̄ *B* alıenıgenaſ *H* alıenıgınaſ *corr* genaſ *AB* cęlı *H* 4 relıgıonęm *A* ıgnoraſ *BH* ıgnotaſ (τ *e corr*) *A* cerımonıaſ *AH* noſſacerdotıb; *B* noſ ſacerdotıbuſ *H* noſſa|cerdotıbuſ *A* nostris sacerdotibus *Dauisius* 5 a *addidit Aldus* nam] iam *de Mommseni sententia Halmius et Baiterus; sed opinor* nam *eandem hoc loco rationem habere quam habet p.* 9, 2 nam quid Macrum numerem, *et saepe alias; quem usum perstrinxi in ind. lect.* 1879 *p.* 14 plac& colı ſı (colı ſı *in rasura*) *A* 6 lege *AH, corr* gı *B* pa*ruerınτ *A* paruerınτ *H* parauerıN̄ *B* patres *Wyttenbachius (quod cur deleri uelit Halmius, causa nulla est)* paτrem *H* paτrem *B* paτre *A; corrector coniungi* patrum delubra *uoluit, quod editiones uetustiores habent* 7 delubram *B* delubra* *A* delubram *H* 8 pſa*rum *H* acτorıbuſ *H* exer|ſeſ *sed* e *primum erasum B* *xerſeſ *A* exerſeſ *H, confer p.* 60, 17; *de nat. deor.* 1, 41, 115 ut exerses, *de quo non recte iudicauit Baiterus; de fin.* 2, 34, 112 si exerses *BE; alia eius generis Lachmannus Lucr. p.* 232, *Hauptius Opp.* 2, 324 *attulerunt* uıſ flammaſ ſe *H* 9 graeτıae *B* grecıę *H* 10 paτıenτıa *B* paτ*enτıa *A* paτenτıa (τ *pr in rasura*) *H* |*ac *A* hac *H* 12 graτı *B* græcı (æc *e corr, fuit* graτı) *A* graτıa*q; *H;* Graii *posui, uulgabatur* Graeci, *sed illam formam in communi fonte fuisse librorum indicia produnt, eaque forma Cicero si non saepe at ali-*

easdem illos urbis quas nos incolere uoluerunt; adfert enim haec opinio religionem utilem ciuitatibus: si quidem et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo uiro, tum maxume et pietatem et religionem uersari in animis, cum rebus diuinis operam daremus, et quod Thales, qui sapientissimus in septem fuit, homines existimare oportere omnia *quae* cernerent deorum esse plena; fore enim omnis castiores, ueluti quom in fanis essent, maxime religiosos; est enim quaedam opinione species deorum in oculis, non solum in mentibus. ean- 27
demque rationem luci habent in agris; neque ea, quae a maioribus prodita est, cum dominis tum famulis posita in fundi uillaeque [in] conspectu religio Larum re-

---

quoties tamen in hoc genere librorum utitur (*de diu.* 1, 19, 37; 2, 39, 82; *de nat. deor.* 3, 21, 53; *de rep.* 1, 37, 58; 2, 4, 9; 3, 9, 15; 6, 16, 16; *de inu.* 1, 24, 35; 2 *c.* 23 *saepius*) 1 eídem (af) *B* urbıſ *corr* urbeſ *ABH* ıllos quas nos urbes *C. Stephanus* uolue (runt) *A* 2 oppınıo *H* si] ıſ *H* 3 dıctum & *corr* ē *A* dıctū & (ſt) *B* dıctum & *H* pıthagora *H* 4 tunc *B* maxumo *A* maxı|me *H* 6 taleſ *B* quı* *H* exhıſtımare (h *erasum*) *B* 7 quae cernerent *Manutius, Turnebus,* '*uetus*' (*h. e. non codex, ut interpretantur, sed editio*) *Caroli Stephani* cernerer *A* cerner& (*sic*) *B* cernere *H* 8 fore *editiones* fere *ABH* omnıſ caſtıorıſ *ABH* uelutı quo ınfanſ eſſet maxime relıgıoſōſ *A* uelutı quo ınfanſ e& maxime relıgıoſuſ (*sic*) *B* uelutı cum ınfanſ eſſ& maxımę|relıgıoſoſ *H;* uelutique in fanis essent m. religiosos *Turnebus,* ueluti qui (quum *Moserus*) in f. e. m. religiosis *Lambinus*, ueluti quom in fanis essent, (esse) maxime religiosos *C. A. Lehmannus Herm.* 14, 215 9 quadam *H*, *corr* quaedam *AB* opınıoneſ *AB* oppınıonıſ *Heinsianus* opınıonıſ *corr AB* opınıone *in ras corr Heinsianus* 10 non ſolū non ſolū *A* eademque *corr* eand *AB* eandemq; *H* 11 (h)abent *A* ınagrıſ (ı *pr e corr, uidetur* magrıſ *fuisse*) *H* que *H* 12 tū *in rasura A* cum famulıſ *H* 13 uıllę quę *ī (ī *in ras corr, potuit* m *esse*) conſpectu *Heinsianus* uıllae quē conſpectu *B* uıllaeque*conſpectu *A; fortasse* in fundo uillaeque in conspectu relegıo *A* Larum *Turnebus* parū *B* pa(t)rū *A* partī* (tī *in ras corr, fuit* pa-

pudianda est. iam ritus familiae patrumque seruare, id est, quoniam antiquitas proxume accedit ad deos, a dis quasi traditam religionem tueri.

Quod autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem et ceteros, coli lex iubet, indicat omnium quidem animos inmortalis esse, set fortium bonorumque 28 diuinos. bene uero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu, quarum omnium Romae dedicata publice templa sunt, ut illa qui habeant, habent autem omnes boni, deos ipsos in animis suis conlocatos putent. nam illud uitiosum Athenis, quod, Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente fecerunt Contumeliae fanum et Inpudentiae; uirtutes enim, non uitia

---

rum *uel* parũ) *H* 1 patrum quae *B* patrũque (patrũ *in rasura*) *A* patrumq; *H* seruare *deteriores* ſeruari *AH* conſeruari *B* 2 pxime *Heinsianus* poxume *A* pmaximae *B* adeoſ *AB* (*sic*) adeoſ *H* 3 qua *H* 4 Quod (Q *in ras corr*) *H* gene[re] *A* 5 herculaẽ *B* ceteroſ *H* coli *in ras H* indicat *corr ex* iudicat *ABH* *omniũ *A* 6 inmortaliſ *A* inmortaliſ *corr* eſ *BH* esse set] ẽẽ* [ſed] (*fuit* ẽẽt, *dein* ſed *superscriptum est*) *A* eſſe [ſed] *sed* ſſe *in rasura B* eſſe* *H* bonorum quae *AB* bonoꝝ·que *H* 7 menſ *et proximum* p *in rasura A* 8 consecrantur *Bakius* manu *i. e. hominis opere, signis et delubris, non solum mente et animo* (*cf. de nat. deor.* 2, 60, 151; *de off.* 2, 3, 13; 4, 14), *et de simulacris, delubris Fidei reliquarumque uirtutum proprie cogitari, declarant et ipsa lex et ea quae deinceps sequuntur* 9 publicae *B* pub|lice *H* illas *Dauisius, sed confer de nat. deor.* 2, 5, 15 qui *sed uidetur* cui *fuisse H* 10 omniſ *corr* eſ *B* 11 illut *corr* ud *B* Cylonio *uulgo* clyconio *B* clyconio (o *ultimum in ras corr*) *H* clyconio *sed* o *ultimum et* ſcelere *in rasura A* 12 epimenni decrete *A* epymeni decrete *B* epimẽ di decreta *H* 13 i[m]npudentiae *B* uirtutẽſ (ſ *a corr add*) *A* uirtute[ſ] *B* uirtute *H* non uitia *Lactantius* et uitia *A* & uicia *B* ñ (*in rasura*) uitia *Heinsianus* *Lactantius Inst. diu.* 1, 20, 14 magnum Cicero audax-

consecrare decet. araque uetusta in Palatio Febris et altera Esquiliis Malae Fortunae detestataque omnia eius modi repudianda sunt. quod si fingenda nomina, Vicae Potae potius uincendi atque potiundi, Statae standi,

---

que consilium suscepisse Graeciam dicit, quod cupidinum et amorum simulacra in gymnasiis consecrasset: adulatus est uidelicet Attico et irrisit hominem familiarem. non enim illud magnum... et ideo huic sententiae, tamquam Graecos prudentia uinceret, adiecit, uirtutes enim oportere, non uitia consecrari. *Apparet Lactantium ita disputare ut uideatur illa de amoribus et cupidinibus hoc ipso loco legisse, qui in eiusdem disputationis ambitu paulo post etiam legem illam* ast olla propter quae datur homini ascensus in caelum *attulerit. quare illa Lactantii ante* nam illud uitiosum (105, 11) *addi iussit Turnebus, hoc quidem non recte, et omnino cauendum est ne Lactantii diligentiae nimium tribuamus* 1 d°ęceт *B* doceт *sed* o *e corr A* dec& *H* ęraque *corr* ara quae *B* *araquae (ɼ *e corr*) *A* araq; *H* uetusta in *Maduigius* ueтuſ|eſтın (*sed* eſ *in margine a corr appictum*) *B* ueтuſ*ſтaт ın *A* (*fuit in utroque* ueтuſтın); ụ&ụ ụṭ ın [ueтuſ ſтaт superscr.] (*sic, rec superscriptum*) *H* 2 eſquılıſ *AH* [*De structura* in Palatio — Esquiliis *Maduigius praef. Liuii uol. 1 p. XIV*] detestataque *cod. S. Victoris, Muretus* (*cf. Turneb. Adu.* 14, 6, *Mur. Var. Lect.* 10, 18) deтeſтaт,q; *A* deтeſтaтq; *corr* deтeſтaт·q̃; *B* (*h. e.* deтeſтaт·quae *cum distinctione; non est* deтeſтaтur *in B*), de тeſтaтq; *H; detestataque, quod uerum puto, redarguit Maduigius, ut mihi uidetur acrius quam uerius* (*Opp.* 2, 149) 3 fınge ñda (*sic*) *B* fıngenda (*uidetur* em *fuisse*) nõa (*sed* ~ *a corr*) *H* da nomına uıce *in rasura A* uıcae poтae epocıuſ *B* uıce po͏ᵉтae & poтıuſ (& *in rasura*) *A* uıcę poᵉтe (e *a corr superscr*) & poтıuſ *H* Vicepotae potius *Schefferus* Vicae potae potius *I. Gronouius* (*rectius scribetur* Vicae Potae, *sunt enim duo nomina ut* Aius Locutius *et similia, cf. Senecae Lud.* 9 Diespiter Vicae Potae filius) 4 u *in* uıncendı *in rasura A* uınịcendı *H* poтıundı *ex* poтumdı *H* Statae standi *Schefferus* ſтaтa ſandı *ABH* *Goerenzio gerundia* uincendi, potiundi (*quidni etiam* atque), standi *ratione prorsus nulla allata delenti plerique fidem habuerunt, sed et apte in hac de fingendis nominibus sententia nominum illorum origo ac uis declaratur* (*cf. Varro ap. Donatum in Phorm.* 1, 1, 15 initiari pueros Educae et Poticae et Cubae diuis edendi et potandi et cubandi; *Ter-*

cognominaque Statoris et Inuicti Iouis, rerumque expetendarum nomina, Salutis, Honoris, Opis, Victoriae; quoniamque expectatione rerum bonarum erigitur animus, recte etiam Spes a Calatino consecrata est; Fortunaque sit uel Huiusce diei, nam ualet in omnes dies, uel Respiciens, ad opem ferendam, uel Fors, in quo incerti casus significantur magis, uel Primigenia, a gignendo comes.

---

tull. de anima c. 37 superstitio Romana deum finxit Alemonem alendi in utero foetus; *Seruius in Verg. Georg.* 1, 21) *et orationis forma uidetur hoc modo expediri* si fingenda nomina, Vicae Potae potius uincendi atque potiundi, Statae standi nomina fingi oportet, *in quibus duplicis genetiui ratio eadem fere est quae p.* 75, 3 qua rei publicae nomen uniuersae ciuitatis est *et in proximis* cognomina Statoris et Inuicti Iouis *h. e.* cognomina Iouis quae sunt Stator et Inuictus; *et quod ex protasi auditur uerbum apodosis, habet exemplum compar de fin.* 2, 31, 103 quod si dies notandus fuit, eumne potius (*scil.* notari oportuit) quo natus an eum quo sapiens factus est.

1 cognominaque *deteriores* cognomına quae *AB* cognomına qua‿eſτατorıſ *H* inuicti Iouis *deteriores* ınuıcıı ıouıſ *B* ınuıτo ıouıſ *A Heinsianus* rerumquẹe *B* 3 quoniamque *R. Stephanus* qm̃quẹm (c *supra*) *B* quonıā | quom (cum *supra*) *A* q̃m q(ı)dem *corr ex* q̃m quem *H* rerū (e *in rasura corr ex* u *ut uidetur*) *A* bonorum *AB*, *corr* bonarum *Heinsianus* 4 [*De nominis forma, quae apud Ciceronem constanter* Calatinus, *in tabulis Capitolinis* Caiatinus *est, Mommsenus CIL uol.* 1 *p.* 445 *n. adnotạuit*] ~~forτuna quae ſıτ~~ forτuna quae ſıτ *B* (*sic*) forτunaquẹ ſıτ | forτunaquẹ ſıτ *A* for|τuna queſıτ forτuna quẹ ſıτ *H;* fortunaque, quae est *cum Buechelero Baiterus, non recte; confer praeter uniuersam harum legum rationem uel* uirgines praesint *p.* 109, 8 5 huıuſ cae *B* huıuſce *Heinsianus* huıuſ *A, quem in ea re non recte secuti sunt Halmius et Baiterus* 6 reſpıenſ (cı *supra*) *A* reſpıenſ (τı *supra*) *B* reſpıcıenſ *H* adopṭem *B* adopem *sed* em *in rasura A* adopem (p *e corr*) *H* 7 ıncerτı ca *in rasura A* prımıgenıa magıgnendo cum eſτū ferıarum *B* prımıgenıā agıgnendo comeſτum ferıarum (do c *in rasura*) *A* prımıgenıam agıgnendo comeſτum· | ferıarum *H;* primigenia, a gignendo comes. tum feriarum *Turnebus, qui explicat* '*quae nos a primo ortu comitatur.*' [*uerissime, neque potuit* Primigenia *aptius, et res et nomen, definiri quam his* a gignendo comes, *cf. Horatii de genio* natale comes qui

Tum feriarum festorumque dierum ratio in liberis 12 29
requietem habet l̥itium et iurgiorum, in seruis operum et laborum; quas conpositor anni conferre debet ad perfectionem operum rusticorum. quod tempus, ut sacrificiorum libamenta seruentur fetusque pecorum, quae dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est; quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum neglegentia dissolutum est. iam illud ex institutis pontificum et aruspicum non mutandum est, qui-

---

temperat astrum; *de fin.* 4, 7, 17 sapientia naturae comes et adiutrix; *et finita de diis disputatione per* Tum *ad nouam rem transitur, apte* (*cf.* 3, 19, 44), *neque quod lex* sacra sollemnia obeunto *praetermittitur, in hac concinna et integra oratione defectus indicium habebit nisi qui obiter tantum rationem et consilium quod in hac enarratione legis exsecutus sit Cicero perspexerit* (*cf. p.* 105, 4 *et ad* 3, 3, 10); *quare nugatoriis exclamationibus nihil motus*] *defectum orationis, quem plerique statuunt, nullum putare pergam*

1 feſτorumq; (ſτ *in ras corr*) *H* 2 requıeτem *H* hab& lıτıum *B Heinsianus* lıτıū habeτ *A*, [*quem editores sequuntur sed nequaquam in ea re rectius unius A quam communi B et Heinsiani testimonio creditur; cf. de diu.* 1, 45, 102 in feriis imperandis (imperabatur) ut litibus et iurgiis se abstinerent; *Liuius* 38, 51, 8 hodie litibus et iurgiis supersederi aequum sit.] operū (rū *in rasura*) *A* 3 compositor *deteriores* conpoſıτıor *A* compoſıτıor *B* conpoſıτıo *Heinsianus* conferrae deb& & p̦fecτı|onem *B* conferre deb& & p̦|fecτıonem (re deb& & p̦ *in rasura*) *A* conferre deb& ad p̦fecτıonem *Heinsianus* 4 ad quod tempus '*quidam*' *apud Turnebum* quod ad tempus *R. Klotzius* quod tempus *Rathius explicat* quod ad tempus attinet; *cf. p.* 57, 12 5 libamenta *editiones* lıberam̄τe *B* lıbera*menτe *sed* a *et ultimum* e *e corr A* lıberamenτa *Heinsianus, cf. p.* 94, 3 ſeruı̦enτur *B* 6 dılıgenτer (e *ante* r *in ras corr*) *H* abenda *corr* ha *A* ınτer calendı *A* ınτ̃ | calenda *H* 7 an̦num a *B* anuma* (a *extremo in ras corr*) *H* ponτıficū*egle|genτıa *corr ex* ponτıficumegle | genτıa *A* (*sic*) neglegenτıa *praeter* τıa *in rasura H Haec ante correctos a Caesare fastos scripta esse Mommsenus adnotauit* (*Chronolog. p.* 42), *neque id Turnebum fugit* 8 ex] & *H* ınſτıτuτı̊ſ (ıſ *corr ex* ū *ut uidetur*) *A* 9 & arŏſpıcū *B* &aruſpıcū *in rasura A* & aruſpıcum (u *ante* ſ *in rasura corr*) *H*

bus hostiis immolandum quoique deo, cui maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui feminis. plures autem deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes et respondendi iuris et confitendarum religionum facultatem adferunt. quomque Vesta quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, quod nos prope idem Graecum, *non* interpretatum nomen tenemus, conplexa sit, ei colendae uirgines praesint, ut aduigiletur facilius ad custodiam ignis, et sentiant mulieres in *illis*, naturam feminarum omnem castitatem pati.

30 Quod sequitur uero, non solum ad religionem pertinet, sed etiam ad ciuitatis statum, ut sine eis, qui sacris publice praesint, religioni priuatae satis facere non

---

1 ^h^oſtıſ *A* oſtıtıſ *H* qu^c^oıq; *B* quo^ı^que *A* quuıq; (*secundum* u *in ras corr*) *H* 2 la^c^tentıb; *B* lactentıbuſ (c *e corr*) *H* cuȷfe mınıſ (ȷ *in ras corr*) *H* 3 singuli *R. Stephanus*, *Turnebus* ſingulıſ *ABH* reſpondent dııurıſ *H* 4 confıtendarū *ABH* conficiendarum *deteriorum unus et alter, quod Schefferus ita probat, ut* conficere religiones *idem sit quod* sacra conficere, *et hoc quidem saepius legitur* (*ad fam.* 13, 11, 1; *pro Balbo* 24, 55), conficere religiones *non memini legere;* profitendarum *conieceram olim, in eandemque notionem posse* confitendarum *accipi I. M. Gesnerus adnotat in Thesauro* re^li^gıonū *B* 5 Cūque (Cū *in rasura*) *A* cūq; *B* cumq; (*uidetur correctum* qu^o^mq; *sed correctio deleta*) *H* greco *ABH* 6 grecū *BH* 7 non *add deteriorum pauci* complexa *Turnebus* conſpexa *ABH* colende *H* 9 ſencıant (c *corr in* t) *A* mulıereſ ınnaturā *A* mulıereſ ınnaturā (*fuit* rā) *B* mulıereſ ınnaturam *H* mulieres naturam *Ascensiana, quod nunc uulgo receptum est; ego* illis *addidi,* [*ut et illi scripturae satisfieret et uero etiam sententiae: hoc enim uult, in illis uirginibus tamquam specimine sentire mulieres, naturam feminarum omnem castitatem pati; loquiturque quem ad modum Cat. mai.* 19, 68 sensi ego in optimo filio, tu in fratribus, mortem omni aetati esse communem.] 12 ſıneıſ *A* ſıne hıſ *B* ſıIneȷſ (*sic, h. e.* si in eis) *H* 13 publıca^ıſ^e *AB* publıce *H* preſınt *A* relıgıone^ı^m *B* relıgıone *corr* ın *A* relıgıonem *H* prıuate *H*

possint; continet enim rem publicam consilio et aucto-
ritate optimatium semper populum indigere. descriptio-
que sacerdotum nullum iustae religionis genus praeter-
mittit. nam sunt ad placandos deos alii constituti, qui
sacris praesint sollemnibus, ad interpretanda alii prae-
dicta uatium, neque multorum, ne esset infinitum, ne-
que ut ea ipsa, quae suscepta publice essent, quisquam
extra conlegium nosset. maximum autem et praestan- 31
tissimum in re publica ius est augurum cum auctori-
tate coniunctum. neque uero hoc, quia sum ipse augur,
ita sentio, sed quia sic existimare nos est necesse. quid
enim maius est, si de iure quaerimus, quam posse a
summis imperiis et summis potestatibus comitiatus et
concilia uel instituta dimittere uel habita rescindere?

---

1 poſſıт *H* continet enim *deteriores* contınent enī *AB* contenentem *H* ·R·P· *ABH et sic semper* auctorıtatem *B* auctorıtate *A* auctorıtate* *H* 2 deſcrıptıo quae *A* deſcrıptıoque (quae *corr in* que) *H* dıſſcrıptıo quae *B*; *confer ad* 3, 5, 12; *de* que 3, 20, 46 3 ıuſte *H* praetermittit *deteriores* premıttıt *A* p̄mıttıt *B* premıttıt *H* 4 adplıcandoſ *B* adplacandoſ (ac *corr ex* ıc) *A* adplıcandoſ *H* 5 p̄ſunт *B* preſunт *H* ſolem N ıb; *B* (*sic*) ſollempnıb; *H* ad interpretanda alii praedicta uatium *deteriores* ad ınterp̄tandā alıı p̄dıcandam alıı praedıcta uatıū *A* ad ınt̄p̄tandum (*corr* am) alıı | p̄dıcandam alıı p̄dıcta uacıum (*corr* tı) *B* ad ınt̄pretandam alıı p̄dıcandam alıı | predıcta uatıum *H* 6 eſſet (т *in rasura*) *A* 7 que *A* publıcae *B* eeN̄ *sed* N̄ *e corr ut uidetur A* 8 extra (тra *in rasura*) *H* collegıū *corr ex* conlegıū *A* preſтantıſſımū *A* preparantıſſımū *H* 9 ıuſ & *B* ıuſ eſт *sed* ſт *e corr A* ıuſ & *H* cū | *B* quom *A* cum (*corr in* quom, *dein correctio deleta*) *H*, *et* quom *saepe etiam praepositio scribitur in his libris* (*confer p.* 6, 4; 26, 4; 39, 14; 53, 2), *ut eam ob causam, et praeterea nulla est, tradita scriptura derelinqui non debuerit*
10 uerbo *H* ıpſe *corr ex* ıpſo *B* 11 existimare nos *deteriores* exıſтımarı non *AB* exıſтımarı || non eſт non eſт *H* 12 ıure (*fuit* ıure) *B* posse a *deteriores* poſтea *ABH* 13 comıcıatuſ *corr* тı *B* 14 habıтareſ cındere *B* habıтa * reſcındere (reſ *e corr*) *A* habıтare | ſcındere (a *ante* r *in rasura*) *H*

quid grauius quam rem susceptam dirimi, si unus augur 'alio *die*' dixerit? quid magnificentius quam posse decernere ut magistratu se abdicent consules? quid religiosius quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare, quid leges non iure rogatas tollere, ut Titiam decreto conlegi, ut Liuias consilio Philippi, consulis et auguris, nihil domi, nihil militiae per magistratus gestum sine eorum auctoritate posse cuiquam probari?

13 Atticvs. Age, iam ista uideo fateorque esse magna,
32 set est in conlegio uestro inter Marcellum et Appium, optimos augures, magna dissensio, nam eorum ego in libros incidi, cum alteri placeat auspicia ista ad utilitatem esse rei publicae composita, alteri disciplina ue-

---

1 quiτ[d] *B* dırımı*ſı (*fuit* dırımuſı) *B* 2 die *addidit Turnebus coll. Philipp.* 2, 33, 83. 84 manıficentıuſ[g] *A* 3 magistratu se abdicent *deteriores* magıſτraτuſ | eadıcenτ *ABH* 4 cōm populo *A* 5 auτdare *A* leges non iure rogatas tollere *R. Stephanus* (*quod extare in copiis Victorianis secundis Moserus testatur*) legeſ non ıure rogaτa eſτ τollere *AH* legeſ (*sic*) non ıure rogaτa ē τollere *B* legem si non iure rogata est tollere *deteriores, id quod praeter ceteros Mommseno* (*De iur. publ. Rom.* 1 *p.* 41) *probari uideo: mihi fateor alterum uel a latinitate magis commendari, et* rogatastollere *facile abire in* rogata est tollere *poterat, ut in Ter. Hec. prol.* 57 emptas meo *in Bembino scriptum est* empta est meo; *et in contrariam partem in his ipsis libris quod debebat esse* praeterea est autem *p.* 26, 2 *exaratum est* praetereas autem; *cf.* 2, 22, 56 6 Titiam *Turnebus* eτıā (eτıam) *ABH* Liuias *Victorius* leuıaſ *BH* leuıeſ *A* consulis et auguris *R. Stephanus* conſuleſ eτ augureſ *ABH* 7 domnı *B* militiae *R. Stephanus, Turnebus* famılıae *ABH* 8 geſτuſſınτ eoꝝ aucτorıτaτē *ABH* (*sic*), *corr in deterioribus ut uidetur* 9 cuı cuıquā *B* 10 age (g *corr*) *H* magnaſ & ē *AB* magnaſ & ē *corr ras* magna*ſed ē *Heinsianus* 11 apıum *A* 12 obτımuſ *corr* moſ *A* opτım[of] *B* opτımoſ (ı *et* o *in rasura, uidetur* opτumuſ *fuisse*) *H* dıſſenſı[o] *A* dıſſenſıo · nā (o · nā *in rasura*) *H* 13 cō̄ *A* cum (*corr in* qu[o]m *sed correctio deleta*) *H* alτerı* (ſ *erasum*) *ABH* placeaτ* auſpıcıa *A*

stra quasi diuinari uideatur posse: hac tu de re quaero quid sentias.

MARCVS. Egone? diuinationem, quam Graeci *μαντικήν* appellant, esse sentio et huius hanc ipsam partem, quae est in auibus ceterisque signis, quod disciplinae nostrae. si enim deos esse concedimus eorumque mente mundum regi et eosdem hominum consulere generi et posse nobis signa rerum futurarum ostendere, non uideo cur esse diuinationem negem. sunt autem ea, quae 33 posui: ex quibus id, quod uolumus, efficitur et cogitur. iam uero permultorum exemplorum et nostra est

---

quam humane excipiat altera lex, praecepit altera lege: 'at cui auro dentes iuncti escunt, ast im cum illo sepeliet uretue, se fraude esto.' et simul illud uidetote,
61 aliud habitum esse sepelire et urere. duae sunt praeterea leges de sepulchris, quarum altera priuatorum aedificiis, altera ipsis sepulcris cauet: nam quod 'rogum bustumue nouum' uetat 'propius sexaginta pedes adigi

---

(*p.* 151, 3) et simul illud uidetote; *formam sententiae effeci similem illi ad*| *fam.* 7, 5, 1 sed posteaquam Pompeii commoratio diuturnior erat quam putaram, uide quid mihi sumpserim, coepi uelle ea Trebatium expectare a te, quae sperasset a me. *confer etiam Philipp.* 2, 14, 34 ego autem, uide quam tecum agam non inimice, quod bene cogitasti aliquando, laudo; [*Tusc.* 1, 21, 49: *sed de oratione possit fortasse aliter iudicari, modo ne integra pars sententiae rescindatur; aut* lex *aut* lege *abesse potuit, sed in tali genere cauendum est ne nos delicatiores simus ipsis scriptoribus* (*cf. p.* 58, 12. 13): *scribit Cicero* de suo genere in aliud genus transferri (*Acad. pr.* 2, 16, 50); nullum esse pilum omnibus rebus talem qualis sit pilus alius (*ibid.* 2, 26, 85; *cf.* 2, 39, 123); immani et uastae insidens beluae coercet et regit beluam (*de rep.* 2, 40, 67); altera res ab iracundiae molestia remoueat, altera res ab errato deterreat (*ad Herenn.* 4, 37, 49); non praeciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore sit, apiscendi summi honoris *Liuius* 4, 3, 7, *et de Liuio complura eius modi exempla congessi in ind. lect.* 1876 *p.* 6 *sq.*] 1 lex] ex *B* ex *H* [1] precepıt *corr* precıpıt *A* p̄ cıpıt *BH* ¨lege (*in marg* ¨lex uetat) *H* 2 at *Ascensiana, Turnebus* ut *ABH* ıuncti *Heinsianus* u ncti *B*; *in A utrum* ıuncti *an* uıncti *an denique* umcti *rectius legatur, ambiguum,* [*nec minus utrum Cicero scripserit ambiguum est: cf. Bentleium ad Hor. c.* 3, 19, 17] escunt *Pithoeus* eſſent *AB* ēēnt *H* sepeliet uretue *R. Stephanus* ſepell&ur &ue *A* ſepel|letur etuæ *B* ſe|¨pelletur &ue (*in marg* ¨ſepelırentur) *H* 3 ſe frande *H* esto *editiones* ıſto *ABH* 4 alıut *B* sepelire et urere *R. Stephanus* ſepelır&ur aere *A* ſepelıetur aere *B* ſepellıretur ere *H* pr&erea *A* 5 lege *corr* legeſ *ABH* 6 ıpſı *corr* ıpſıſ *A* ſepulchrıſ *BH* 7 buſtū|ne nouū *B* buſtū ue|** nouum (ue *in fine uersus a corr add*) *A* buſtum ne nouum *H* propius *editiones* propriuſ (ꝓpriuſ) *ABH* adigi *Maduigius Adu. crit.* 2, 252 pedeſ adıcı ꝑdeſ *H* pedeſ adıcı aedeſ adıcı aedeſ *B* pedeſ *********** adıcı

aedes alienas inuito domino', incendium ueretur acerbum [uetat]; quod autem 'forum', id est uestibulum sepulchri, 'bustumue usu capi' uetat, tuetur ius sepulchrorum. haec habemus in XII, sane secundum naturam, quae norma legis est; reliqua sunt in more, funus ut indicatur, si quid ludorum, dominusque funeris utatur accenso atque lictoribus, honoratorum uirorum lau- 62
des in contione memorentur easque etiam [et] cantus ad tibicinem prosequatur, cui nomen neniae, quo uo-

---

aedeſ (adıcı *in rasura*) *A; liquido, opinor, hoc quoque loco appa-ret, quid in A fuerit ante lituram; confer p.* 32, 2 1 uere-tur | acerbum uetat *Heinsianus* uer&ur acerbū u&at *A* ueretur· a‿cebū uetat *B; uidetur scriba a fine uocis* acerbum (aceruum) *ad similem uocabuli* nouum *exitum oculis aberrasse, ab eoque errore alterum* uetat *natum esse* (*cf. p.* 57, 14): *hinc apparet non probabilem esse aut Halmii* incendium ut arceatur uetat, *aut Lambini coniecturam* incendium uidetur arcere [uetat], *in qua uel* uidetur *in re aperta et ante significata* (*p.* 151, 6) *displicet: ceterum nego aptius posse uerbum inueniri quam* ueretur (*confer* 2, 15, 39, *et Philipp.* 5, 17, 47 legibus annalibus cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant, adulescentiae temeritatem uerebantur), *et* acerbum (*quod Turnebus* '*graue et calamitosum*' *explicat*) *hoc a rogo oriundum incendium propter pietatis officium appellari uidetur* 2 forum *Turnebus* eoꝝ (eorum) *ABH Cf. Festi epit. p.* 84 id forum antiqui appellabant quod nunc uestibulum sepulcri dici solet 3 buſtūue *in rasura A* ſepulchrıb; | cum ue (*sed corr* rı b; | tum *et in marg* bu-ſtūue uſu capı) *H* uetatat *H* tuetur|*ıuſ (r *a corr add*) *A* tueturıuſ (*in marg* tuetur ius) *H* ſepulchoꝝ *A* 4 hęc habemuſ xii *A* ſęcundum *H* 5 ſeliqua *B* (*sed saepe in hoc codice* ſ *et* r *uix internoscuntur*) fumuſ *H* 6 ındıcat (*sic*) *B* ınducatur *AH* dominusque *Manutius* domuſq; *B* domuq; *A* dom;q;| *sed initio tantum* don| *in exitu uersus scriptum fuisse uidetur H* indicatur; si quid ludorum, dominus funeris *Mommsenus de iur. publ. Rom.* 1, *p.* 310 7 acenſo *ABH* lıttorıb; *B* uirorum *editiones* uıuorū *ABH* 8 in concione memorentur *R. Stephanus* ın contıonē (nem) memorantur *ABH* etiam *Manutius* &ıā & *ABH* 9 at *H* uenı& (nenie) *H*

cabulo etiam *apud* Graecos cantus lugubres nominantur.

25 Atticvs. Gaudeo nostra iura ad naturam accommodari maiorumque sapientia admodum delector; sed re-[cedo]quiro, ut ceteri sumptus, sic etiam sepulchrorum modum.

Marcvs. Recte requiris: quos enim ad sumptus progressa iam ista res sit, in C. Figuli sepulchro uidisse *te* credo., minimam olim istius rei fuisse cupiditatem, multa extant exempla maiorum. nostrae quidem legis interpretes, quo capite iubentur sumptum et luctum remouere a deorum Manium iure, hoc intellegant in pri-

---

1 apud Graecos (Graios) *Wesenbergius* (*Emend. Cic. ep. p.* 22) grac choſ *A* graecuſ *B* grecoſ *Heinsianus* lucubreſ *B* 3 *Attici nomen posui* (*legebatur Quinti*) *propter p.* 158, 1, *cf. p.* 146,1; *uide proxima* accommodare *corr* arı *B* acommodarı *H* 4 maıorū quạe *B* delector; sed requiro *scripsi* delectorſed-recedoquıro *A* delector · ſed recedo q̇ro (*in marg* ¨quæro) *Heinsianus* delector· ſed recedo phyro *B* delector. *M.* Sed credo, Quinte *editiones* 5 ut *corr ex* uı *B* cẹterı *Heinsianus* c&ero *praeter* c& *e corr A* ceterịſ *B* ſepulchorū *B* 6 modum. *M.* Recte requiris *Turnebus* (*qui etiam in superioribus uitium agnouit, sed in emendando aberrauit*); modum recte (rectạe *B*) requırı *ABH*, *editiones* 7 quos enim *deteriores* quıſ enī *ABH* progressa iam ista res *editiones* ꝓ|ceſſa ıam ē areſ *B* proceſſa ıā eſta reſ *A* ꝓceſſa ıam eſta reſ *H* 8 ıncfıgulı *A* hınc fıgulı *B* ¨ınc|fıgulı (*in marg* ¨ın·c·) *H* ſepul|crho (*sic*) *A* 9 te *addidit Maduigius* minimam olim *editiones* mınıma mollæm *A* mınam ol|lem *B* mınıma molle‿m¦ıſtıuſ (*sic, corrector uoluit* minimam molem istius) *H* reȷ** (ȷ *in rasura*) *A* 10 extant exempla *Maduigius* extarent·āpla (ampla) *BH* extareN̄* āpla *sed* N̄ *et* ā *in rasura A* extarent exempla *deteriores* legẹſ (*sic*) *Heinsianus* legeſ *AB* 11 ınt̄rae praeteſ *B* ınterp̄teſ *H* Iubent̄r *A* ſumptuſ & luctū *BH* ſumptuſ & luctū *sed* ſ & *in rasura A* (*sic*); *quare* sumptum *scripsi*, *ut est in lege, ad quam haec referuntur*, 2, 9, 22, *confer* 2, 23, 59; *et* sumptus *apparet propter* iubentur *errore uulgari scriptum* reụoụere (*sic*) *H*

mis, sepulchrorum magnificentiam esse minuendam. nec 63 haec a sapientissimis legum scriptoribus neglecta sunt. nam et Athenis iam illo mores a Cecrope, ut aiunt, permansit hoc ius terra humandi: quam quom proxumi fecerant obductaque terra erat, frugibus obserebatur, ut sinus et gremium quasi matris mortuo tribueretur, so-

---

1 mı*nuendā (*fuit* munuendā) *B* ne *H* 2 haec*a (*fuit* haecca) *B* neclecra *corr* neg *B* ne[g]clecra *H* ſınr *H* 3 &[nam] (*rec superscr*) *H* athenıſ ıamıllọ[e] moreſ[ſ] *B* athenıſ*jamılle moſ** (ſ *prior et* ȷ, *porro* e moſ *in rasura*) *A*, *in quo ne dubites ante lituram ipsum illud* ıllo moreſ (*quod est etiam in Heinsiano, in quo ad haec* athenıſ ıam ıllo¨ moreſ *in marg rec add* ¨moſ ılle) *fuisse*, *ut haec sit certissima sedes corruptelae*, *cumque ceteroquin plana et integra sit oratio* nam et Athenis a Cecrope ut aiunt permansit hoc ius terra humandi, *illa ex interiecta quadam sententia residua esse opinor, quae sic fere potuit formata esse* nam et Athenis, (nostis) iam illos mores, a Cecrope. *confer ad Att.* 1, 14, 4. [*Quod nuper ediderunt de Muelleri opinatione* iam ab illo primo rege Cecrope, *eo non corrigi sed deprauari oratio uidetur, si quidem recte sentio ad haec* a Cecrope ut aiunt (*cf. p.* 11, 3 ut aiunt de Remo et Romulo) *nihil addi apte potuisse.*] acecrope *corr in* acıcrope *AB* a¦c& rope *H* 4 hoc ıuſ *sic distincte AB, item H, quod uerissimum est et coniecturis corrumpitur; neque accusatiuum uelut* corpus *ad* humandi *desiderari concesserim* quam *scilicet* humationem, *quasi non* terra humandi *sed* humationis *praecessisset: sic Schefferus explicat, uere, ut puto; confer de orat.* 2, 2, 5 ceterae fere artes se ipsae per se tuentur singulae: bene dicere autem, quod est scienter et perite et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis saepta teneatur; [*neque enim ad* artes *redit* saepta, *quod ne fieri quidem per orationem potuit; sed* eloquentiae *loco cum certa ratione* bene dicere *posuisset, ad eam quam cogitabat* eloquentiam *participium applicauit*: *sic* ius humandi *appellauit, in quo quia inest* humatio, *ad eam relatiuum accommodatur: similiter pro Mur.* 13, 29 uestra responsa atque decreta et euertuntur saepe dicendo et sine defensione oratoris firma esse non possunt. in qua si satius profecissem, parcius de eius laude dicerem: *ubi nec* quo *scribendum, nec* re *aut* arte *addendum, sed ad eam quae* defensione oratoris *designatur* eloquentiam *refertur* in qua]; *pro* quam *coniecit* quod *Turnebus, probatum Maduigio Opp.* 2, 160 quom *A* cū *B* cum *H* ꝓxımı *H* 6 ſım[nus]; (*rec superscr*) *H*

lum autem frugibus expiatum ut uiuis redderetur; sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati, apud quos de mortui laude quom, si quid ueri, erat praedicatum, nam mentiri nefas habebatur, ** ac iusta
64 confecta erant. postea quam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt: quam legem eisdem prope uerbis nostri decemuiri in decimam tabulam coniecerunt; nam de tribus reciniis et pleraque illa Solonis sunt. de lamentis uero expressa uerbis sunt: 'mulieres genas ne
26 radunto neue lessum funeris ergo habento.' de sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius quam ne quis ea deleat neue alienum inferat, poenaque est, si

---

1 |uiuiſ (*prior* u *e corr*) *A* uiuiſ *radendo effectum ex* unuſ *ut uidetur H* ſequebaᴺtur *ABH* (*sic*) 2 aepulę *ABH* inibant *Camerarius* iniraᵉnt *B* inirant *Heinsianus* inirent *A* 3 quos *Maduigius Opp.* 2, 160 quaſ *AB* quaq; *H* lacide *H* quomni quidueri *A* cū omni qui dueri *B* cumui quid ueri *H* si quid ueri *Turnebus; confer p.* 152, 6 si quid ludorum; *Liuium* 22, 52, 5 praeter equos uirosque et si quid argenti omnis cetera praeda diripienda data est. 4 meⁿtiri *A* adiuſta (ſ *mutatum in* x) coniecta *A* ad iuſta coniecta *H* adiuxta coniecta *B* ac ita iusta confecta *Turnebus; fuit fortasse* habebatur, ⟨sepultura⟩ ac iusta confecta; *confer* 2, 17, 42 sepultura et iustis exequiarum: *certe intercidisse nomen* [*an uerbum, uelut* discedebant] *probabile est* 5 poſte *BH* poſte *corr* poſtea *A* quam] cum *Turnebus* quom *Manutius* phalereuſ| (*in* reuſ *aliquid rasurae; uidetur* reū *fuisse*) *H* ſumpſum tuoſ afieri *B* 6 cepiſſent *B* cępiſſent *H* & ſolanıſ *A* ſolanıſ *sine* & *BH* (*sic*) 7 ppe *H* 8 nostri decemuiri in *R. Stephanus* nriſuiri in *AB* nrſ iurim *sed corr* nrſ iurim (*sic*) *H* 9 reciniiſ *AB* retiniiſ *H, cf. p.* 148, 3 ſolanıſ *B* 10 expreſſa *H* expraeſſa *A* exprę̨ſſa *B* uerba *Dauisius* mulieraſ geneſ *B* nera|duntohonev fleſſum (a *in fine uersus et* o *ante* h *a corr add, punctis notata erasa*) *B* ne radunto · neue leſ|ſum (*sed* o *corr,* neue *in rasura*) *A* ne radunt oney fleſſum *H* 13 ledeat *H* poena quae *B* poenaque *A* ut pena quę *H* [a poenaque est (*quod propter Huschkium moneo*) *recta oratio in-*

quis bustum, nam id puto appellari *τύμβον*, aut monimentum, inquit, aut columnam uiolarit, iacerit, fregerit. sed post aliquanto propter has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico uidemus, lege sanctum est, ne quis sepulchrum faceret operosius quam quod decem homines effecerint triduo; neque id opere tectorio exor- 65
nari nec hermas hos quos uocant licebat inponi, nec de mortui laude nisi in publicis sepulturis nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. sublata etiam erat celebritas uirorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur; auget enim luctum

---

cipit, cui inquit *inseruit, non suo loco positum ad eum modum, quem Maduigius declarauit de fin. p.* 370]   1 apelları *B*   τύμβον aut] τū bona uτ *AB* (*sic*) cum bona uτ *sed corr* τum *H*   monumenτū *B*   2 ınquıd *BH*   uolarıτȷacerıτ (ȷ *et* c *e corr*) *A* uocar& acerıτ *B* uolarıτıa cerıτ *H*; uiolarit deiecerit *editiones, quod uerum esse aegre mihi persuadeo;* [*nec probabiliora prolata nuper; conieci* uiolarit ⟨uit⟩iauerit, *quem ad modum* λυμήνασθαι μηδὲ λωβήσασθαι μηδὲν ἢ ἀποχροῦσαι ἢ συνθραῦσαι *in titulo quodam sepulcrali uetatur*]   3 propter has] ꝑ τeraſ *B*   4 quaſı ın *B*   rūquaſıın *praeter* n *in rasura A*   geramıco *AB sed in B uidetur* g *ex* c *corr*   quaſı ınge|ramıco (ch *supra* ge) *H*   uıdemuſ *BH*   uıdımuſ *corr* uıdemuſ *A*   legeſcum.Eſτ *B*   5 ſeplchrū (u *supra* p) *A*   6 τrıduō* *A*   opere τexτorıo exnarı (or *supra*) | ɴechermaſoſ quoſ (rı *in fine uersus a corr add,* ɴechermaſoſ *in rasura*) *A* opera | & exτarıo exmarıne cermaſ oſ quoſ *B* opere τexτorıo exnarıne cernam hoſ quoſ *Heinsianus*   tectorio *editiones*   7 hermas hos quos *R. Stephanus* hermas quos *C. Stephanus, Halmius, sed cf. or.* 39, 134 forma ipsa restat et χαρακτὴρ ille qui dicitur; *Seneca ep.* 33, 6 pueris et sententias ediscendas damus et has quas Graeci chrias uocant; *Quintil. Inst. or.* 12, 2, 12 palaestrici doctores illos quos numeros uocant discentibus tradunt.   9 nıſı quıd *H* nıſı quıd (ı *prima e corr*) *B* necab alıonıſı q (ı *supra*) *in rasura A*   pub|lıca earem *B*   10 cąelebrıτaſ *A*   11 quod *H*   munuereτur *B*   auget *e codice Vrsinus* huc (N *supra*) *A* huıc *B* huc *H* habet *olim uulgabatur,* [*sed* auget *etsi coniectura inuentum uidetur, tamen uerissimum est* (*cf. p.* 149, 5 funebria quibus luctus augetur), *nisi quod fortasse* augenτ enım *fuit* (*nam* concursus *plurali numero recte scribitur, cf.*

66 concursus hominum. quocirca Pittacus omnino accedere quemquam uetat in funus aliorum. sed ait rursus idem Demetrius increbruisse eam funerum sepulchrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est; quam consuetudinem lege minuit ipse: fuit enim hic uir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam ciuis e re publica maxime tuendaeque ciuitatis paratissimus. is igitur sumptum minuit non solum poena, sed etiam tempore; ante lucem enim iussit efferri. sepulchris autem nouis finiuit modum; nam super terrae tumulum noluit quod statui nisi columellam tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut labellum, et huic procurationi certum magistratum praefecerat.

Brut. 84, 289), *ex eo ut* aucenım *et* hucenım *ortum sit.*] 1 quocırca (cırca *in rasura*) *A* quod cırca *Heinsianus* accıdere *corr* accedere *A* accıdere *BH* 2 ınfımuſ *H* alienorum *Bakius; Plutarchus Solon.* 21, 6 καὶ τὸ κωκύειν ἄλλον ἐν ταφαῖς ἑτέρων ἀφεῖλεν idem *deteriores* eıdem *AH* eıdēmetrıuſ *B* 3 demetrıoſ *H* ıncrebu|ıſſe *B* ıncrebuıſſ& *H* ſepulchrorū quā *B* ſepulchroꝝ que *sed* e *extrema in rasura A* ſepul chrorum quę *H* 4 que nunc *H* fere (re *in rasura*) *A* ferę *H* rome *H* romaē quā *B* consuetudinem *editiones* conſuetudıne *ABH* 5 utſıtıſ *B* 6 erudıtıſſimıſ *Heinsianus* cıuıſe | ·R·P· maxıme *Heinsianus* cıuıſ ſer ·p̄· maxımae *B* erudıtıſſumuſ · ſed&ıācıuıſ reı p. maxıme | *praeter* erudıtıſ *in rasura A* 7 tuendae quae *B* tuendaequạe *A* tuendeq; *H* paratıſum̉ *B* paratıſ ſımuſ *A* paratıſſımuſ *H* peritissimus *R. Stephanus*, [*et hoc quod plerique probant ad genetiuum sane commodius; ad* tuendae ciuitatis *notionem alterum magis appositum: cf. de rep.* 6, 13, 13 alacrior ad tutandam rem publicam.]
is igitur *Maduigius* ıſtı (*corr* ıſte) ıgıtur *A* ıſtı ıgıt̃ *B Heinsianus* 8 ſumptū (p *a corr add*) *A* pęna *H* etıā *corr ex* ıtıā *A* tempora *BH* temporạ (e *supra*) *A* 9 nouis *editiones* nobıſ *AH* nob̃ *B* 10 terre *H* noluit *editiones* uoluıt *ABH* quod *ABH* quid *editiones uetustae* quicquam *Lambinus, quod probat Maduigius de fin.* 3, 21, 70 11 nisi *om H*
colu*|mellā (*fuit* colum|ellā) *A* cupıtıſ *BH* cubıtıſ *corr ex* cup *A* ne alteriorē *BH* n̄*altı*orē *A* (altı *in rasura;* n̄ *est* non) 12 procuratıonı (o *ante* n *in ras corr*) *A* macıſ-

Haec igitur Athenienses tui. sed uideamus Platonem, qui iusta funerum reicit ad interpretes religionum: quem nos morem tenemus. de sepulchris autem dicit haec: uetat ex agro culto eoue, qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro; sed quae natura agri tantum modo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento uiuorum recipiat, ea potissimum ut conpleatur: quae autem terra fruges ferre et ut mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat neue uiuos neue mortuos. extrui autem uetat sepulchrum altius quam quod *quinque homines* quinque diebus absoluerint, nec e lapide excitari plus nec inponi quam quod capiat laudem mortui, incisam ne plus quattuor herois uersibus, quos 'longos' appellat Ennius. habemus igitur huius quoque auctoritatem de sepulchris summi uiri, a quo item funerum sumptus praefinitur ex censibus a minis quinque usque ad minam. deinceps dicit eadem illa de

(margin numbers: 27 beside line 1; 67 beside line 2; 68 beside line 10 "neue mortuos. extrui autem uetat sepulchrum altius")

ιrατū *H*, *corr* magıſ *A* 1 ıgıτur *in extrema pagina omisit B* aτhenıenſ ē uı *B* 2 ıuxτa *A* p̄ıcıτ *A* (*uidetur* pıcıτ *pr fuisse*) ad̄ *sed* a *quoque uidetur ex* u *corr A* ınt̄ p̄τeſ *H* 3 more *corr* morē *A* more *BH* ſephulchrıſ (l *corr*) *A* 5 ſumıſſepulchro *B* ſedq; *corr in* ſed,q; (*h. e.* quae) *A* ſedque *H* 7 compleat̄ *BH* 8 quem *H*, *corr* quęm *A* quē *B* cıbuſ *corr* oſ *A* cıbuſ *BH* ſubpedıτare *B* 9 10 uıuoſ - morτuoſ *H* uıuŏſ - morτuŏſ *A* uıuo - morτuuſ (uſ *corr in* oſ) *B* 10 uaτaτ *B* 11 quinque homines *ex Platone addidit Turnebus* 12 excıτarıτ prıuſ *A* excıτarı prıuſ *BH* plus *editiones* quam quo *H* 13 herois *deteriores, Turnebus* ʰeroeſ *AB* (*sic*) heroeſ *H* heroicis *editiones uetustiores;* ἡρωϊκῶν *Plato* 14 longuſ *B* hennıuſ *B* *ennıuſ *A* hennıſ *H* |ıuıuſ *H* 15 ſumuſ ıurı *corr* ſūmıſ ıurı *H* 16 item funerum *I Fr Wagnerus* ıτerū funerū *ABH* ſumτuſ *A* prefınıτur *corr* prę *A* ex censibus *editiones* ex ſenſıbuſ *ABH* anımıſ *H* [a minis quinque usque ad minam *dicit, non* unam *siue* unam minam, *quod quis expectauerit: de quo more ueterum Fleckeisenus adnotauit ann.* 1871 *p.* 461.] 17 dicit *scilicet Plato, qui reuera haec ibi ubi reliqua tetigit, in legibus, quem locum infra citaui* eadē ıllā *B*

inmortalitate animorum et reliqua post mortem tranquillitate bonorum, poenis impiorum.

---

eadem illa: '*quae etiam in Phaedone et aliis locis disserit multis.*' *Sic Turnebus explicat, longe ille quidem prudentius aliis, uerum non possunt haec ad alios Platonis libros referri, sed sic interpretor:* eadem illa *quae nos antea exposuimus, ut ad fam.* 1, 9, 18 iubet idem ille Plato, *h. e. quem antea* 12 *laudaui. tractasse autem Ciceronem has res in ea parte, quae* 2, 21, 54 *p.* 139 *periit, h. e. in ipso initio disputationis de extrema lege religionis, quae est de dis manibus, funeribus et sepulcris, ad eum locum probare studui. interpolationis indicia nulla sunt neque uero recensionis a nescio quo editore horum librorum antiquitus factae* 1 ınmortalıtatē *A* ınmortalıtatem *H* ımmortalıtatē *B* anımarum *H* relıquā *A* tranquıllıtatē *AH* tranquılıtatē *B* 2 penıſ *BH* poenıſ *corr in* poenaſ *A* *Plato Leg.* 12, 958 *d* περὶ τελευτήσαντας δή, εἴτε τις ἄρρην εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μὲν περὶ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε, ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας· θήκας δ' εἶναι τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, μηδαμοῦ, μήτε τι μέγα μήτε τι σμικρὸν μνῆμα, ἃ δὲ ἡ χώρα πρὸς τοῦτ' αὐτὸ μόνον φύσιν ἔχει, τὰ τῶν τετελευτηκότων σώματα μάλιστα ἀλυπήτως τοῖς ζῶσι δεχομένη κρύπτειν, ταῦτα ἐκπληροῦν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὅσα τροφὴν μήτηρ οὖσα ἡ γῆ πρὸς ταῦτα πέφυκε βούλεσθαι φέρειν, μήτε ζῶν μήτε τις ἀποθανὼν στερείτω τὸν ζῶνθ' ἡμῶν. χῶμα δὲ μὴ χοῦν ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον ἐν πένθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον, λίθινα δὲ ἐπιστήματα μὴ μείζω ποιεῖν ἢ ὅσα δέχεσθαι τῶν τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων .... πείθεσθαι δ' ἐστὶ τῷ νομοθέτῃ χρεὼν τά τε ἄλλα καὶ λέγοντι ψυχὴν σώματος εἶναι τὸ πᾶν διαφέρουσαν, ἐν αὐτῷ τε τῷ βίῳ τὸ παρεχόμενον ἡμῶν ἕκαστον τοῦτ' εἶναι μηδὲν ἀλλ' ἢ τὴν ψυχήν, τὸ δὲ σῶμα ἰνδαλλόμενον ἡμῶν ἑκάστοις ἕπεσθαι, καὶ τελευτησάντων λέγεσθαι καλῶς εἴδωλα εἶναι τὰ τῶν νεκρῶν σώματα, τὸν δὲ ὄντα ἡμῶν ἕκαστον ὄντως ἀθάνατον εἶναι ψυχὴν ἐπονομαζόμενον παρὰ θεοὺς ἄλλους ἀπιέναι δώσοντα λόγον, καθάπερ ὁ νόμος ὁ πάτριος λέγει, τῷ μὲν ἀγαθῷ θαρραλέον, τῷ δὲ κακῷ μάλα φοβερόν, βοήθειάν τε αὐτῷ μή τινα μεγάλην εἶναι τετελευτηκότι. ζῶντι γὰρ ἔδει βοηθεῖν πάντας τοὺς προσήκοντας, ὅπως ὅτι δικαιότατος ὢν καὶ ὁσιώτατος ἔζη τε ζῶν καὶ τελευτήσας ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο τὸν μετὰ τὸν ἐνθάδε βίον .... τὸ δὲ μέτριον νομοθέτης ἂν μαντεύσαιτο οὐκ ἀσχημονέστατα. ἔστω δὴ νόμος οὗτος· τῷ μὲν δὴ τοῦ μεγίστου τιμήματος εἰς τὴν πᾶσαν ταφὴν ἀναλισκόμενα μὴ πλέον πέντε μνῶν, τῷ δὲ τοῦ δευτέρου τρεῖς μναῖ καὶ δύο τῷ τοῦ τρίτου, μνᾶ δὲ τῷ τοῦ τετάρ-

Habetis igitur explicatum omnem, ut arbitror, religionum locum. 69

Qvintvs. Nos uero, frater, et copiose quidem, sed perge cetera.

Marcvs. Pergam equidem, et quoniam libitum est uobis me ad haec inpellere, hodierno sermone conficiam, spero, hoc praesertim die: uideo enim Platonem idem fecisse omnemque orationem eius de legibus peroratam esse uno aestiuo die. sic igitur faciam et dicam de magistratibus; id enim est profecto, quod constituta religione rem publicam contineat maxime.

Atticvs. Tu uero dic et istam rationem quam coepisti tene.

του μέτρον ἂν ἔχοι τῶν ἀναλωμάτων. 1 beatıſ *H* [habetis igitur, *confer* (*quoniam de* igitur *dubitatum est*) *de rep.* 2, 27, 49 habetis igitur primum ortum tyranni; *pro Sest.* 63, 132] explıcato *B* explıcatā ſunt *H* arbıtro relıgıonum *H* arbrtrorelıgıonū (*sic*) *B* arbıtro relıgıonū *A* 3 nos *editiones* non *ABH* copıoſe* (e *e corr*) *A* 4 per gecetera *A* pıece taera *B* pge celera *H* 5 lıbıtum *H* lıbıtu *AB* 7 praeſertı | dıe *B* p̄ſer|tı dıe (*sic*, p̄ſer, *sed* r *ex* n *corr*, *in exitu uersus a corr add*, tı dıe *in loco raso paulo ampliore*) *A* p̄ſertı dıe *H* 8 delıgıb; *B* 9 esse *om B* eſtıuo *H* eſtıuo dıe | *in rasura A* die. sic igitur *deteriores* dıeſ ıgıt̃ *B* dıeſ ıgıtur *Heinsianus* dıe | ıgıt̃* (ı *corr ex* ı) *A* fatıā (t *mutatum in* c) *A* 10 degıſtratıbuſ *A* ẽ *B* et *corr in* ẽ* *A* & *Heinsianus* 11 relegıone *B* maxım*e (*fuit* ae) *A* 12 dıcet | tıſtā (t *in fine uersus e corr*, *fuit* dıce tıſtã) *B* dıcetıſ | tam *sed corr* dıc et ıſ *H* &ıſtā *in rasura A* quam coepisti *deteriores* quam (quā) accepıſtı *ABH* M̄ T·CICERODELEGIB·LIB·II·EXPL·INCP·LIB·III· *A* M̄ TULLI CICERONIS DE LE|GIBUS LIBER II· EXPLIC·INCPT LIBER III· *B* ·M·T·C·|Lıber ·II· Explıcıt· Incıpıt lıber III· *H*

LIBER TERTIVS

1 1 MARCVS. Sequar igitur, ut institui, diuinum illum uirum, quem quadam admiratione commotus saepius fortasse laudo quam necesse est.

ATTICVS. Platonem uidelicet dicis.

MARCVS. Istum ipsum, Attice.

ATTICVS. Tu uero eum nec nimis ualde umquam nec nimis saepe laudaueris; nam hoc mihi etiam nostri illi, qui neminem nisi suum laudari uolunt, concedunt, ut eum arbitratu meo diligam.

MARCVS. Bene hercle faciunt. quid enim est elegantia tua dignius? cuius et uita et oratio consecuta mihi uidetur difficillimam illam societatem grauitatis cum humanitate.

ATTICVS. Sane gaudeo, quod te interpellaui, quoniam quidem tam praeclarum mihi dedisti iudicii tui testimonium; sed perge, ut coeperas.

2 MARCVS. Laudemus igitur prius legem ipsam ueris

---

1 ut *om B* Sequaigit (r *superscr.*) ut inſtitui *praeter* Sequ *in rasura A* inſtitui (ut *superscr.*) *H* 2 utrū *B* uirū (i *e corr*) *A* utrum (uirum *superscr.*) *H* admirationem *H* *commotuſ *A* ſepiuſ (*sic*) *H* 4 dicis *deteriores* diligiſ *AB* diligiſ (ne *superscr.*) iſtum *H* 5 attice *B* attjce (j *corr*) *A* 6 umquā nec nimiſ||*praeter* u *in rasura A* 7 ſepe *H* laudaberiſ *BH* laudaberiſ *A* 9 arbitratū eādiligā *B* arbitratumeo|**diligam (eo *in fine uersus a corr add*) *A* arbitratu¦m‿eodiligam *H* 10 ercle (h *superscr.*) *H* elegentia (a *superscr.*) *H* 11 conſecuta *Heinsianus* conſecutā *AB* 12 illa *B* 14 qm̃ quidē *BH* qũm quidē *A* 17 [legem ipsam, *de magistratibus scilicet, id quod p.* 160, 10 *significauit, neque ad ul-*

et propriis generis sui laudibus.

ATTICVS. Sane quidem, sicut de religionum lege fecisti.

MARCVS. Videtis igitur magistratus hanc esse uim, ut praesit praescribatque recta et utilia et coniuncta cum legibus: ut enim magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus, uereque dici potest magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistra- 3
tum. nihil porro tam aptum est ad ius condicionemque naturae, quod cum dico, legem a me dici intellegi uolo, quam imperium, sine quo nec domus ulla nec ciuitas nec gens nec hominum uniuersum genus stare nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest; nam et hic

---

lam aliam rem quam ad huius prooemium legis laudatio Platonis (*cf.* 2, 6, 14, *p.* 86) *pertinet unde orditur.*] 1 ueris et *editiones* ueri·ſed *ABH* generi ſui *H* 2 relegionum *B* 4 uidetiſ|itur *B* uidetiſ igitur (iſ ig *in rasura A*) *AH* 5 praeſcribat qui *B* pſcribat que (ib *e corr*) *A* prę ſcribatq; *H* utilia (ilia *in rasura*) *A* ut illia *H*, *et hoc ante rasuram in A fuerit* 6 magiſtratibuſ (magiſ *in rasura*) *A* leges ita] legeſ hiſ *B* legeſ** (*fuit* legeſiſ) *A* legeſiſ *Heinsianus* leges sic *Halmius* 7 mageſtratuſ *B* uere quae *A* uerequae *B* uo quę (*in marg* neq; dici pōt) *H* 9 cum *corr* tum *H* condıtionē quae *A* condıtionē quae *B* condicionem quę *sed* ⁊ *del H* 10 quot *H* lege *B* lege *corr* legē *AH* *ad* dici *in marg* nihil aliud intelligi uolo *H* intelligi *AH* *Haeserunt in* dici intellegi, *quorum illud Goerenzio auctore Moserus, hoc Halmius deleri suadet, deprauata uterque oratione; quod uero Halmius glossam subindicari etiam forma* intelligi *in A opinatur, uerum non est hoc uno loco sic scribi in A; confer, ut pauca afferam, p.* 7, 11; 30, 3; 37, 3; *ceterum si recte dicitur* intellego te putare (1, 1, 5), ego te accipio dicere (2, 2, 5) *et similia, non uideo, quid in illis displiceat; de fin.* 5, 11, 33 hoc intellegant, si quando naturam hominis dicam, hominem dicere me: *hoc conuerte in passiuam formam, habebis* hoc intellegi uolo, si quando naturam hominis dicam, hominem a me dici. 11 illa *AB* ulla *Heinsianus* 12 cenſ *corr* genſ *B* uniū|ſum *sed corr* uniū| *H* genuſ

deo paret et huic oboediunt maria terraeque et homi-
2 num uita iussis supremae legis obtemperat. atque ut
4 ad haec citeriora ueniam et notiora nobis, omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt: quod genus imperii primum ad homines iustissimos et sapientissimos deferebatur, idque [ut] in re publica nostra maxime ualuit, quoad ei regalis potestas praefuit, deinde etiam deinceps posteris prodebatur, quod et in iis etiam qui nunc regnant manet; quibus autem regia potestas non placuit, non ii nemini, sed non semper uni parere uoluerunt. nos autem, quoniam leges damus liberis populis, quaeque de optima re publica sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges
5 ad illum, quem probamus, ciuitatis statum. magistra-

---

in rasura A 1 deoper& *corr* deopar& *A* deoper& *B* de opere (*in marg* ¨deo pareτ) *H* obedıunτ *H* τerraq; (e *supra*) *H* 2 ſuppraemae legıſ *B* ſupraemæ *legıſ (æ *corr ex* a; *fuit ut uidetur* ſupraema elegıſ) *A* ſupprema‿elegıſ *H* obτēper& *A* uτ haec *B* uτ*a*d (d *corr ex* c; *fuit* haec) *A* uτ¨hęc (*in marg* ¨ad) *Heinsianus* 3 c&erı ora *B* cęτerıora *H* c&erıora *sed corr* cıτ *A* [*Cf. de rep. I* (*Non. p.* 85 *et* 289) deduc orationem tuam de caelo ad haec citeriora.] nocıora (c *corr in* τ) *H* omnıſ—genτıſ *A* omnıſ—genτeſ (g *e corr*) *B* om̃ıſ—genτeſ *H* 5 ıuſτıſſım|& ſapıenτıſſım *B* 6 deferebaτ** (˜ *e corr*) *A* ıdq; uτ *BH* ıdque** *A* idque et *Dauisius* idque uel *Goerenzius* id quod *Bakius* 7 uoluıτ *B* quoad ei] quoad& *B* quoad (& *supra*) *A* quod & ad| (*in marg* quoad eı regalıſ poτeſτaſ prefuıτ) *H* regaleſ poτeſτaſ *BH* regaleſ (*corr* ıſ) poτeſτaſ* (ſ *ultima corr*) *A* 8 poτe(ſ)rıſ *A* qđ & ın ııſ&ıā *A* qđ&ınıı ſed&ıā *B* quod & ın hıſ eτıam *H* qui etiam nunc *Halmius* 9 regınā *B* regınā (regnanτ *supra*) *H* reg*nanτ (nτ *e corr*) *A* 10 placuı ñ ıı *B* placuıτ·ÑÑ hı (τ·Ñ hı *in rasura*) *A* placui(τ) nonu (*corr* non ıı) *H* nē ıhı *B* ſēp *A* ſemp *H* ſem *B* 12 queq; *H* ſenτıoremuſ *B* ſenτı*remuſ *A* ſenτıorem (*in marg* ſentırem') *Heinsianus* 13 accōmodauımuſ *A* accomodauım *B* accommo|da(b)uımuſ *Heinsianus*

tibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac diligentia esse ciuitas non potest, quorumque descriptione omnis rei publicae moderatio continetur; neque solum iis praescribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtemperandi modus: nam et qui bene imperat paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret uidetur qui aliquando imperet dignus esse. itaque oportet et eum, qui paret, sperare se aliquo tempore imperaturum et illum, qui imperat, cogitare breui tempore sibi esse parendum. nec uero solum ut optemperent oboediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque praescribimus, ut Charondas in suis facit legibus, noster uero Plato Titanum e genere statuit eos, qui ut illi caelestibus, sic hi aduersentur magistratibus. quae cum ita sint, ad ipsas iam leges ueniamus, si placet.

ATTICVS. Mihi uero et istud et ordo iste rerum placet.

MARCVS. ‘Iusta imperia sunto, isque ciuis modeste 3
ac sine recusatione parento: magistratus nec oboedien- 6
tem et innoxium ciuem multa, uinculis uerberibusue

---

1 ſine curū *B* · prudentiam *H* 2 ciuitatiſ *H* quorum que (e *in rasura corr*) *A* deſcriptione *ABH* 4 iſ *B* iiſ *A sed prior* i *uidetur a corr add*, hiſ *H* p̄ſcribenduſ* (ſ *ultima corr*, *fuit* p̄ſcribendum) *A* imperandiſ & *sed corr* di ſed *H* obtemporandi *B* optemperandi *H* 7 aliquando (n *e corr*) *B* dignuſ e& *B* 9 imper& *A* ſibi e& *B* ſibi ẽẽ *H*, *corr ex* e& *A* 10 parendū *sed in marg* imperādū *H*, *quod apparet quo errore natum sit* optem perat *B* optemper& *A* obtemper& *H* oboediant quae *B* obediantq; *H* 13 platonium egene (*in marg* titanū e genere) *H* egene *B* egene *A* 15 ſit *B* ſiN *sed* N *e corr A* ſit *H* 16 uero (o *e corr*) *A* &ſtud&ordo *B* &ſtud&ordo *A* & ſtud&|ordo *corr* &¦iſtud¦&|ordo *H; sic* ſtuc *est in B Acad. pr.* 2, 34, 109 17 ciueſ (e *corr ex* i) *H* 18 nequoboe|dientē *B* nec obedientem *H* 19 innoxium *ABH* noxium *Victorius* multam *H* uerberibuſ necoherc&o *AB* uer-

coherceto, ni par maiorue potestas populusue prohibessit, ad quos prouocatio esto. cum magistratus iudicassit inrogasitue, per populum multae poenae certatio esto. militiae ab eo qui imperabit prouocatio nec esto, quodque is, qui bellum geret, imperassit, ius ratumque esto.

Minoris magistratus partiti iuris plures imploera sunto. militiae, quibus iussi erunt, imperanto eorumque tribuni sunto: domi pecuniam publicam custodiunto, uincula sontium seruanto, capitalia uindicanto, aes argen-

---

benibuſ ne (u *supra*) *Heinsianus* 1 maiorue *editiones* maioruero *AB* maior ũo *H* populoſue *AB* poplo ſue (u *supra*) (ſue *ex* ſne *corr; in marg* ſıne) *Heinsianus* ꝓhıbeſ ſıt *BH* ꝓhıbeſıt (ſ *supra*) *A* 2 ad coſ *B* eſt *H* 3 ınroga ſıtuae *B* ınroga ſıt ue *A* ınrogaſſıt ue *H*, *cf. p.* 172, 10 per] penes *Buechelerus*, *sed cf. p.* 172, 8; *de inu.* 2, 45, 134 apud populum haec et per populum agi conuenire multepoe ue *B* multe poeNe *sed* N *e corr A* multę pęne *H*; poenae multae *maluit Mommsenus de iur. publ.* 1, 122 certatioſ ſto (*priore* ſ *in* e *mutato*) *B* [*De* multae certatione *conf. Liuium* 25, 3 *et* 4] 4 mılıcıae *AB sed* t *corr in A* habeo *B* ab eo *om et in marg add H* ımperauıt *H* prouocatione ceſto *AB* (*sic*) ꝓuocatio nẽ | teſto (*corr* ne) *H* prouocatio nec esto *Halmius* prouocatio ne esto *uulgabatur* nei esto *Buechelerus*; *cf. H. A. Kochium mus. Rhen.* 25, 621 5 quoque *AB* quoq; (d *supra*) (d *rec*) *Heinsianus* hıſ *B* gerat *A* 7 mınorıſ *ABH* pluręſ ımploera *B* pluręſım ımploera *sed* oe *corr ex* oı *ut uidetur A* partıtu ıurıſ pluręſ ımpera ſunt ome | lıtıę *corr* ſunto* mı, *in marg* perıtı ıurıſ pluręſ ın prelıa ſunto, *H*; *apparet quantae fidei et peritiae sit hic corrector et ad eundem hae notulae in margine positae redeunt omnes* [imploera: *conf. pro Tullio* 20 quid uobis stic negoti immeo est.] 8 melıcıae *A* mılıcıae *B* erunt *editiones* erant *ABH* ımperantı *A* ımpera|to *B* ımperanto *Heinsianus* eoꝝ quı trıbũ | *A* eoꝝ quı trıbunı *B* eorum quı (q; *supra*) trıbunı *Heinsianus* 9 ſunto | domı *corr ex* ſunt | odomı *H* peccunıam *H* 10 ſomtıũ *BH* ſperuanto *B* ſpernanto (N *corr ex* u) *A* ſpnanto (n *prius corr ex* u, *in marg* ſeruanto) *Heinsianus* uındıcato *B* ıudıcanto *H*

tum aurumue publice signanto, litis contractas iudicanto, quod[quod]cumque senatus creuerit agunto.

Suntoque aediles curatores urbis annonae ludorum- 7
que sollemnium, ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.

Censoris populi aeuitates, suboles, familias pecuniasque censento, urbista templa uias aquas, aerarium uectigalia tuento; populique partis in tribus discribunto, exin pecunias, aeuitatis, ordinis partiunto, equitum pe-

---

1 aurum uel *A* publıcae *B* ſignato *A* lıteſ *B* 2 quodquodcūque *A* quodqđcumq; *B* ſıgnantıbuſ contractaſ ıudıcanto quod quod cumq;| (*in marg* ſignanto · lıtıſ contractuſ (*sic*)) *Heinsianus* quodquomque *Buechelerus, sed eodem errore* quoquomodocunque *est in BE de fin.* 5, 11, 30 2 senat' *Monacensis* natuſ *AB om H* agunto *Monacensis* acuncto *AB* acuncto (argunto) *H Conf. p.* 95, 7 3 annonę (ę *e corr*) *A* annone *H* ludorū quaeſo|lem nıū *B* ludorum que (l *in ras*) *H* 5 primus *editiones* prıuſ *ABH* 6 cenſorıſ *ABH* ae uıtataeſ *B* ęcıuıtateſ *superscr* cıuıtateſ ł euıtatıſ *H* ſuboleſ *BH corr* ſob *A* 7 urbıſta | templa *A* ur|bıſtatē pla *B* quaſ *AB* urbıſtatem pla;|uıaſ quaſ (*in marg* urbıs tēpla uıas · aquas) *Heinsianus* urbis tecta templa *Bakius;* [urbis sarta tecta templa *Huschkius* urbis sarta tecta *O. Hirschfeldus* (*Verw.* 1, 149). *Heinsiano nulla fides ultra coniecturae probabilitatem; in* urbıſta *quid lateat non exputo, nisi forte* urbis loca templa *fuit* (*cf. p.* 181, 8, *ad fam.* 13, 11, 1): urbis tecta templa (*quae uulgo componi solent, in Pis.* 22, 52; *ad Att.* 7, 13, 1. *Phil.* 1, 2, 5; 14, 10, 27) *Huschkius et Mommsenus* (*iur. publ.* 2, 424) *redarguerunt, quia cura censorum* tecta *non attingebat; sed ne* templa *quidem omnia complectuntur, quae praeter* uias aquas *in illorum tutela erant;* urbis sarta tecta templa, *siue* urbis sarta tecta *sine* templa, *quamuis nota sit significatio, hoc loco aegre mihi persuadeo sermonis lege ferri posse.*] eranrū *A* erranum *H* [aerari *Mommsenus;* aerarium uectigalia *quia quasi unum efficiant defendit Huschkius*] ueſtıgalıa *AB* ueſtıga|lıa *H* 8 partęſ *H* in tribus] ın quıbuſ *A* dıſcrıbunto *AH* dıſcrıbuntur to *B* 9 pecunıaſ | *aeuıtatıſ (*fuit* pecunıa | ſaeuıtatıſ) *A* peccunıa | ſęuıtatıſ *corr* peccunıaſ|ſęuıtatıſ *H* aeuıtatıſ ordınıſ *ABH* partiunto *Monacensis* partı ſunto *ABH* aequıtū *A*

ditumque prolem describunto, caelibes esse prohibento; mores populi regunto, probrum in senatu ne relinquonto: bini sunto, magistratum quinquennium habento: reliqui magistratus annui sunto: eaque potestas semper esto.

8 Iuris disceptator, qui priuata iudicet iudicariue iubeat, praetor esto: is iuris ciuilis custos esto; huic po-

---

1 *post* deſcrıbunto (*sic*) *repetiit* exın pecunıaſ aeuıtatıſ ordınıſ partıſo | equıtū pedıtūq; ꝓlem deſcrıbuno (*sic*) *B* [*De toto loco confer Mommsenum l. c.* 2 *p.* 370, *qui* populique partes seu tribus discribunto, exin . . partiundo equitum *scribendum proposuit; populi* partes *quae dicantur intelligitur ex p.* 172, 9 per maximum comitiatum ollosque quos censores in partibus populi locassint *coll. p.* 204, 1 ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt: descriptus enim populus censu ordinibus aetatibus plus adhibet ad suffragium consilii quam fuse in tribus conuocatus. *unde partes populi descriptis siue partitis pecuniis aetatibus ordinibus effici demum apparet; ut non satis commode censores primum partes populi in tribus distribuere, dein pecunias et reliqua partiri iubeantur. sed haereo in emendando neque me expedio; putabam* populi quae partis ⟨sint⟩ in tribus discribunto, exin pecunias . . partiunto, *ut censores primum uniuersos quos in partibus populi esse uelint in tribus distribuere, dein per tribus singulas secundum censum aetates ordines partes populi constituere equitumque et peditum prolem describere dicantur: sed cedo peritioribus.* exin *Huschkius* secundum (tribus *scilicet*) *interpretatur*] caelıbeſſed *A* celıbeſ ſed *B* cęlıbeſ ᵉˢˢᵉ ſed *Heinsianus* ꝓıbento *B* prohıbęᵘnto *H* 2 proᵣbum *A* ſenatu (atu *in rasura*) *A* relınquot obınıſ *B* relınquunto bınıſ *A* relınquunt ᵗᵒ obınıſ (*sic*) *Heinsianus* bini *uulgo* *semel moneo frequentissimum in his legibus imperatiuorum exitum* o *saepe a suo uocabulo seiunctum proximo praefigi in B uelut u.* 2 *hanc speciem habet* | lı regunt oprobrū ınſenatu nerelınquot obınıſ ſunt omagıſtra | 3 quınquennıụm ᵒ *H* reliqui — sunto *delet Halmius, quae quod hoc loco posita sunt ut in lege fortasse laudandum non est, non scripta esse a Cicerone non credo, conf. p.* 168, 7 4 ea quae *B* ea que ‸ ſemp (*in marg* ¨poteſtaſ) *H* 6 dıſcertator *AB* dıſceṛᵖtator *Heinsianus* quı ‸ ᶜᵘⁱ prıuata ᵒ *H* ıudıcarı | ıubeat *B* 7 ꝓter *B* eſtoȷſ*ȷurıſ (ȷ *utrobique e corr*) *A* potestate pari quotcunque *R. Stephanus* poteſtatı parı quod | cūque *AB* poteſtatı parı quod

testate pari quotcumque senatus creuerit populusue iusserit, tot sunto.

Regio imperio duo sunto, iique praeeundo, iudicando, consulendo praetores, iudices, consules appellamino: militiae summum ius habento, nemini parento: ollis salus populi suprema lex esto.

Eumdem magistratum, ni interfuerint decem anni, 9
ne quis capito: aeuitatem annali lege seruanto.

Ast quando duellum grauius *grauioresue* discordiae ciuium escunt, oenus ne amplius sex menses, si senatus creuerit, idem iuris quod duo consules teneto, isque aue sinistra dictus populi magister esto, equita-

---

cumq;, *in marg* parento, *suo periculo sed praue, H* 2 ſunto* (o *e corr*) *A* 3 prae aeundo *B* preeun**|do *A* p̄eunṭdo *H* a praeeundo *Dauisius* 4 conſuendo *AB* cōnſuetudo, *in marg* ᵀconſulendo, *Heinsianus* appellamıno *B* appellanto** (nto *in rasura*) *A* apellamIno *corr ut uidetur* apellanto *H* appellamınoe *Bergkius* (*in Philologo* 14, 186) 6 ollis *R. Stephanus* oıuſ *B* *ıuſ (o *erasa*) *A* (*Halmius errat*); ïuſ (*in marg* "hui') *H* populi *editiones* populo *ABH* populoi *Feldhuegelius, quod uix probabile est* ſupraema *A* ſuppraema *B* ſuppręma *H* eſto* (o *e corr*) *A* 7 eum de magıſtra|tum *B* eundem *H* int̄|fuerıt *A* ınıⁱnter|fuerīt *H* 8 legeſ *AB* legeſ *Heinsianus* ſeruanto aſt quando *Heinsianus* ſeruant a ſı quando *B* ſeruanto** et quando (o *et* qu *e corr sed* et *manu pr*) *A* 9 grauioresue *addidit Mommsenus* (*iur. publ.* 2, 140) *coll. Claudio in tab. Lugdun.* 1, 28 'dictaturae hoc ipso consulari imperium ualentius repertum apud maiores nostros quo in asperioribus bellis aut in ciuili motu difficiliore uterentur.' aut discordiae *Turnebus* discordiaeue *deteriores*, *Lambinus* 10 eſcunt^to *H* unus *Lambinus* (*quem eundem postea* oenus *coniecisse ferunt*) oneſ *ABH; in A in margine antiqua manu ad hunc uersum* ue ſunto *si recte interpretor scriptum, h. e.* ne ſunto (ne ſ̄) *ut uidetur ad* oneſ *adscriptum, itaque* eſcunto ne ſunto *Monacensis* menſeſſı (e *ante* ſ *corr*, ſ *ante* ı *a corr add*) *A* 11 teneto *Turnebus* tenunt·o· *B* tenunto* *sed* o *e corr* (*fuit* tenunt o) *A* tenunt^to ọ *H* 12 aueſ ınıſtra *ABH* equitemque qui regat *Turnebus* equitatum qui regat *Graeuius* equitatumque qui regat *Orellius* aequıtatemcumque

tumque qui regat habeto pari iure cum eo, quicumque erit iuris disceptator. ast quando consulis magisterue populi nec erunt, reliqui magistratus ne sunto, auspicia patrum sunto, ollique ec se produnto, qui comitiatu creare consules rite possit.

Imperia, potestates, legationes, cum senatus creuerit populusue iusserit, ex urbe exeunto, duella iusta iuste gerunto, sociis parcunto, se et suos continento, populi sui gloriam augento, domum cum laude redeunto. rei suae ergo ne quis legatus esto.

Plebes quos pro se contra uim auxilii ergo decem

---

qui re|gat *A* aequitatem cūq; qui regat *B* equitatem^qui cumq; qui regat *H* 1 hab& operi *B* 2 aſtorquando *H* çonsules magisterue *Maduigius Emend. p.* 85 conſulıſ magıſtratuſ|ue (*sic*) *Heinsianus* conſulıſ eſt magıſtratuſue *AB* 3 nec erunt *Halmius* nec·r̄· *AB* necrunt *H* auspicia patrum sunto *om Heinsianus, sed in margine haec habet* auſpıcıa patrū ſūpto (*ex* ſunto) ıllıq; ex ſe prodıūto aſpıcı aſ *A* aſpıaſ *B* 4 oblıq; que *H* hęc ſe *A* ex ſe *B* exe *H* comitiatu *Turnebus, R. Stephanus* comıtatu *ABH* 5 poſſim ımperıa *B* poſſınt ımperıa *sed* nt *corr ex* m *A* poſſim^nt ınperıa *H* possit *Turnebus* possiet *Buechelerus; certe falso* possint *uulgo editur, cf. p.* 171, 4; possim *pro* possit *scriptum uidetur propter* m *in* imperia, *quem ad modum* ne sim ambitus *p.* 198, 8, cogitarem umquam *p.* 183, 3 *pro* sit *et* cogitaret 6 creauerıt *B* creauıt *A* ¨creauıt, *in marg* ¨creuerıt, *Heinsianus* 8 ger̄ oſo cıuſ *B* gerunto* ſocı*ıſ (o *post* t *e corr, fuit* gerunt oſocıuſ) *A* gerunt oſotıuſ (*corr* gerunto*ſotıuſ) *H* parcunto se] parcuntoteque| (que *a corr ut uidetur*) *H* suos '*quidam*' *apud Turnebum* ſeruoſ *AH* ſeruuſ *B* souos *Buechelerus* 9 populı ſuı *Heinsianus* popıllı ſuı *sed* ıllı *corr ex* ulı *A* pupıllıſ uı *B* pupıllıſ uıduıſ *Monacensis; uidemus quam ex leui mendo serpserit error* augent odomū *B* augento* domū (o *ante rasuram e corr*) *A*, *fuit* augent odomū; *atque eodem modo saepe hoc genus errorum, quod in B fere intactum est, in A corrigitur, quod semel moneo, ne quis in his lituris aliquid latere opinetur,* [*similiter sed rarius in Heinsiano: uide p.* 170, 2] laude redeunto*reı ſue ergo *AH* lauderet deuntore|gıſ ue ergo *B* 10 leçatuſ (g *supra*) *H* eſt oplebeſ *B* eſto*plebeſ *A* 11 auxılıı

creassit, ei tribuni eius sunto, quodque i prohibessint quodque plebem rogassint, ratum esto: sanctique sunto neue plebem orbam tribunis relinquunto.

Omnes magistratus auspicium iudiciumque habento, 10 exque is senatus esto. eius decreta rata sunto, ast potestas par maiorue prohibessit, perscripta seruanto. is ordo uitio uacato, ceteris specimen esto.

Creatio magistratuum, iudicia populi, iussa uetita cum suffragio cosciscentur, optumatibus nota, plebi libera sunto.

(x *e corr*) *A* auxıllı *H* 1 eraτ ſıτ (creaſſıτ *supra*) *H* ei tribuni *scripsi* &τrıbunı *A* &τrıbunı *sed* & *corr ex* hı *uel* ſu *B* & τrıbuſ eıuſumpτo (*in marg* & τrıbunı eı' ſūpτo) *H* i] ıd *AB* ıd quod *Heinsianus* 2 eſτo *in rasura A* ē·o· *B* eſτo|*ſancτaq; ſunτo* neue (*fuit* eſτ|oſancτaq; ſunτ oneue) *H* .3 re|lınquıunτ·o· *B* relın|qu*unτo* (o *e corr*) *A* relınquumτo *H* 4 auſ ạpıcıumq; *H* ıudıcıum quạe *A* habenτ·o·exq; ıſ *B* habenτo*q exque ıſ (o *e corr*) *A* ha‸nτo (be *supra*) exque|hıſ *H* 5 ſenaṇuſ (τ *supra*) *H* eſτo *corr ex* ·ē·o *AH* ē·o· *B* decreτa|decreτa *A* raτaſ o *B* raτaſunτo* (o *e corr*) *A* raτa ſunτ oaſτ *corr* τo ọaſτ (*in marg* ł eſτ) *H* 6 prohibessit S. C. *R. Stephanus* prohibessit *Manutius* prohıb& ſe *A* ꝑhıb& ſe *BH* *Buecheleri rationes, qui haec* ast potestas . . . seruanto *deleri iussit, non satis intelligo; nam quod haec in suasione legis praetereuntur* (12, 28), *quam causam a Schoellio Leg.* XII *Tab. rel. p.* 109 *afferri uideo, omisit Cicero in ea enarratione, qua ne uoluit quidem omnia pertractare* (2, 10, 24), *etiam alia, uelut ea quae p.* 171, 1 *de curatore praecipiuntur. Cf. p.* 108
7 uacaτo] *in margine A antiqua manu ad hunc uersum* car&o *scriptum est, cf. p.* 190, 4 ſpecıem meſτo *B* ſpecıem ṃeſτo *H* ſpecıem meſτị o *A sed in hoc antiqua manu in margine* ſpecımen; *cf. p.* 190, 4 8 magıſτraτıum (τı *in compendio*) *H* ıuſſa (*in marg* ł ıuſτa) *H* 9 eoſcıncenτ *A* eoſ cıngenτur *H* eo|ſcıcenτuro ropτū aτıb; *B* cosciscentur *posui, de qua forma dixi in ann. gymn. Austriac.* 1860 *p.* 18 cum suffragio consciscentur *Turnebus, idem* cum consciscentur, suffragia *coniiciens,* [*sed usus* suffragio populi *probauit, ex eo autem statim* suffragia *cogitantur, ut est in enarratione p.* 193, 6 de suffragiis, quae iubeo nota esse *et* 198, 2] plebı *sed* p *corr*

4 Ast quid erit, quod extra magistratus coerari oesus sit, qui coeret populus creato eique ius coerandi dato.

Cum populo patribusque agendi ius esto consuli, praetori, magistro populi equitumque, eique quem patres produnt consulum rogandorum ergo; tribunisque, quos sibi plebes rogassit, ius esto cum patribus agendi: idem ad plebem quod oesus erit ferunto.

Quae cum populo quaeque in patribus agentur, modica sunto.

11 Senatori, qui nec aderit, aut causa aut culpa esto; loco senator et modo orato; causas populi teneto.

Vis in populo abesto. par maiorue potestas plus ua-

---

ex b *A* 1 ast quid *Manutius* aut quid *BH* ·ut quid *A* (*cum foramine in membrana*) magistratus coerari oesus *Iacobus Taurellius teste Victorio apud Moserum* magistratus coeratore oesus *Turnebus* magiſtri tuſco herario eſuſ *B* magiſtratuſ quoherario eſuſ *A* magiſtratuſ cohe|rario eſuſ *H* 2 qui coher& *H* eique ius *Monacensis* ei qui iuſ *ABH* 3 patribuſ quae *A* 4 *equitumque *A* 5 [prodent *Moserus, quod nunc certatim probant, me non assentiente, neque me mouent ea quae ex hac constitutione proferuntur futuri exempla: nullo enim loco praesens recte se habebat, nisi hoc ubi nominis loco definitio ponitur*] tribuniſ quae *A* 6 ·PL· *BH* ·PRL· *A* 'rogassit *id est* creauerit.' *Turnebus*, creassit *Bakius, ut est p.* 170, 1, *quod ego dubito num necessarium sit, si quidem* creare *et* rogare *uerba tam nullo discrimine nonnumquam usurpantur* (*confer ad Att.* 9, 9, 3, *de nat. deor.* 2, 4, 10. 11), *ut hoc, quod proprie est magistratus, non populi uel plebis, uideatur etiam de plebe potuisse dici* 7 idem] ideſt *H* ferunto (o *corr ex* ur *ut uidetur*) *A* 8 que *H* quaeque] q; quae *A* agentur *editiones* ag&ur *ABH* 9 ſumpto *A* ſunt, *sed in marg* ſunto *ut uidetur, H* 10 e|ſona|tori *H* quin & aderit, *in marg* uetauerit, *H* ē·o· *B* eſto *corr ex* ē·o· *A* 11 ſenator (or *corr ex* uſ *ut uidetur*) *A* eſt olocuſenator *H* populi *om, in marg add H* 12 iuſ *H* abesto *deteriores* adeſto *ABH* maiorq; *Heinsianus* maiorque (maiorq;) *AB* ual&·o· *B* ual&o* *A*

leto. ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto. intercessor rei malae salutaris ciuis esto.

Qui agent, auspicia seruanto, auguri publico parento, promulgata proposita in aerario cognita agunto, nec plus quam de singulis rebus semel consulunto, rem populum docento, doceri a magistratibus priuatisque patiunto.

Priuilegia ne inroganto: de capite ciuis nisi per maximum comitiatum ollosque, quos censores in partibus populi locasint, ne ferunto.

---

1 quid turbaſſint *H* actoris *R. Stephanus* auctoriſ *ABH* 2 intercessor re|in malę *B* male *AH* ſalutari ſ ciuiſ (u *corr ex* b *ut uidetur*) *H* 3 ſeruant·o· *B* ſeruanto* (o *e corr*) *A et sic identidem in proximis in utroque* 4 ī errario (ī *in litura*) *H* proposita, in aerario cognita: *sic distinguitur in editionibus nonnullis uetustioribus, uelut C. Stephani, Lambini, recte, opinor;* in aerario condita habento *coniecit Turnebus,* condita *etiam Gruterus;* [condita sunto *Iordanus nuper, sed praue me iudice mutatur* agunto; *id enim uetatur, agi nisi quod promulgatum propositum fuerit ante* (*cf. Philipp.* 5, 3, 7 *et* 8) *et in aerario cognitum, si quidem non solum leges latae et acceptae in aerarium condebantur* (*Seru. ad Aen.* 8, 322. *Sueton. Caes.* 28) *sed etiam ferendae leges ad aerarium deferri h. e. in aerario cognosci debebant*]; *confer scholium in Sestianam c.* 64, 135 Licinia et Iunia coss. auctoribus Licinio Murena et Iunio Silano perlata illud cauebat, ne clam aerario legem ferri liceret, quoniam leges in aerario condebantur [*quae uereor ne non recte tractent ii qui* (*uelut Halmius et Nipperdeius Opp.* 332) aerario legem inferri *scribunt, sed* clam aerario *interpretor* non cognitam in aerario legem ferri. *Cf. Mommsenum iur. publ.* 2, 512 *et in Annalibus Instituti* 1858 *p.* 187] agito (unto *suprascr.*) *H* 5 nec plus] *inutiliter* ne *uel* neue *scribitur* ſemel *ABH* simul *Gruterus, quod uereor, ne incaute arripuerint Halmius et Baiterus* consulunto *editiones* conſulento *ABH* 6 ducento (o *suprascr.*) *Heinsianus* ducent o *AB* 7 faciunto (p *suprascr.*) *H* 9 comitiatum *R. Stephanus* co*mitatū *corr ex* cum mitatū *A* (*sic*) cū itatū *B* olloſque *sed* o *pr e corr A* cumitatu mollos|que (i *suprascr.*) *H* 10 locaſint *corr* locarint *A* locaſſint *BH;* [*correctio quae est in A fidem facit* locasint, *non* locassint, *in archetypo fuisse, ex eodem p.* 165, 3 inrogasitue *ductum scripturae probant*]

Donum ne capiunto neue danto neue petenda neue gerenda neue gesta potestate.

Quod quis earum rerum migrassit, noxiae poena par esto.

Cesoris fidem legum custodiunto: priuati ad eos acta referunto nec eo magis lege liberi sunto.'

Lex recitata est: discedere et tabellam iubebo dari.

5 12 QVINTVS. Quam [com] breui, frater, in conspectu posita est a te omnium magistratuum descriptio, sed ea

---

1 domum ne capiunto (l *supra* i) *H* neque petenda neque-neque *Iordanus, nescio qua causa; cf. p.* 158, 9 eam ne quis nobis minuat neue uiuos neue mortuos. 3 ææarū *B* mıgraſſ& *B* noxıe *AH* poena *editiones* poenae *B* poene *A* penę *H* 5 caeſorıſ *A* cęſorıſ *B* c̈ęſarıſ (*in marg* c̈enſorıſ) *Heinsianus; semel moneo, me* cesoris *et nonnulla alia eius generis in his legibus a Vossianis tradita tenuisse Buechelero auctore* (*in ann. Fleckeiseni a.* 1863 *p.* 786), *quamquam qui Vossianos codices pertractauerit, concedet, opinor, non ita magnam esse eorum in his rebus uelut in terminatione* is *auctoritatem.* [*Retinui eandem rationem quam per totum libellum secutus eram ut in scribendi genere ne quid quod certo testatum esset abiicerem: Iordani de harum legum sermone disputatio mihi nulla parte probatur.*] fidem legis *Lambinus* fidem legum *Maduigius* fidem legē *AB* fıdem legem *H* prıuata *corr ex* prıuatı *A* ad eoſ acta (ct *e corr*) referunto nec *H* a deo ſ acta (d *supra*) referunto | *nec (*sic,* d *et* unto *corr add, fuit* a deo ſacta refer̄|onec *A* adeoſ|actere fer̄ o nec *B;* deferunto *maluit Mommsenus in Annal. l. c. p.* 182: referri *in eadem re p.* 206, 1 *recurrit* 6 eo (o *e corr*) *A* legı *B* lege* *H* lıbrı (e *supra*) ſunt|olex, *corr* ſunto|*lex, *H* 7 dıſcedere *H* 8 quā cōm *A* quā cum *B* quā con *Heinsianus* 9 at (e *supra*) *H* deſcrıptıo *ABH, item* 174, 6 deſcrıptıone *A* dıſcrıptıone (e *supra*) *B* dıſcrıptıone *H, denique* 175, 5 deſcrıptıo *AB* *Nouissimi editores* [*Halmium et Baiterum dicebam, cadit autem nunc etiam in Muellerum, cupidissimum* discribendi, discriptionis *sectatorem*] *sine testimonio et hic et* 164, 2 discriptio *ponunt, sed non est haec* discriptio *magis quam* descriptio magistratuum, *quae eadem* compositio 174, 8 *uocatur, quem ad modum* 1, 5, 17 *p.* 18, 11 conposita et descripta iura (*cf. p.* 83, 1) *dicuntur: neque* 2, 12, 30 *p.* 110, 2 descriptioque sacerdotum *non malui cum A* [*et H*] *quam cum B et nouissimis editoribus* discriptio: *utriusque Vossiani*

paene nostrae ciuitatis, etsi a te paulum adlatum est noui.

MARCVS. Rectissime, Quinte, animaduertis; haec est enim, quam Scipio laudat in *illis* libris et quam maxime probat temperationem rei publicae, quae effici non potuisset nisi tali descriptione magistratuum. nam sic habetote, magistratibus iisque, qui praesint, contineri rem publicam et ex eorum conpositione, quod cuiusque rei publicae genus sit, intellegi. quae res cum sapientissime moderatissimeque constituta esset a ma-

---

[*item H*] *testimonio* 166, 8 populi partis in tribus discribunto *firmatur, et tamen uel hic dubitare licebit, num Cicero uno tenore* in tribus discribunto, prolem describunto *uoluerit; confer p.* 204, 2; *neque* caelestem discriptionem *p.* 23, 9 *puto satis uel a significatione uel a librorum testimonio uel denique exemplo* (*de nat. deor.* 1, 11, 26 *coll. Aristot. phys.* 8, 1) *uindicari: immo mihi haec* caelestis discriptio, *cui deos homines que parere uult scriptor, parum apte appellari uidetur, et* caelestem descriptionem (*quem ad modum Turnebus explicat* '*ut uulgo loquimur, ordinatio et constitutio*') *cum* aedificandi descriptione *de off.* 1, 39, 138 *conferre malim et fere in eam uim dici putauerim, qua de fin.* 3, 22, 74 natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius *uel de nat. deor.* 2, 40, 104 quarum (stellarum) ita descripta distinctio est: *et sunt alia, quae uelim accuratius considerari ab iis, qui nouicii uocabuli nimis ut mihi uidetur studiosi* describendi *uerbum fere exulare ex latinitate iubeant.* [*Haec relinquo, quia nunc idem quod olim sentio, alias longius hanc quaestionem persecuturus*] 1 poene *A* penę *H* allatū *B* 3 rectiſſimę *BH* aniaduertiſ (m *superscr.*) *H* 4 ſpicio *B* illis *om ABH, addi iussit Turnebus, cf. p.* 197, 15 maximae *B* 5 probat *a corr superscriptum H* que *H* 6 potuiss& *Monacensis* potuiſſe *ABH* 7 magiſtratibuſ· ſiiſque (*uel* quae) *ABH* magiſtratib; hiſq; *Monacensis* preſint *A* 8 et *om H* conpoſitione *AB sed* comp *corr in A* compoſitione *H* cuiusque rei publicae *Turnebus, R. Stephanus* eiuſ que inrep. *A* eīq; in rep. *B* eiuſ|que in ·R·P· *H* 9 genoſ *corr* genuſ *A* intelligi quae reſ *A* intelligiq; reſ *H* intellegiq; reſ *B* 10 ſapientiſſimae moderantiſſime que *A* ſapientiſſimę moderantiſ|ſimae quae *B* ſapientiſſimę|moderatiſſime (n *superscr.*) quę (*sed corr* meq; quę) *Hein-*

ioribus nostris, nihil habui sane, non multum, quod putarem nouandum in legibus.

13 Atticvs. Reddes igitur nobis, ut in religionis lege fecisti admonitu et rogatu meo, sic de magistratibus, ut disputes, quibus de causis maxime placeat ista descriptio.

Marcvs. Faciam, Attice, ut uis, et locum istum totum, ut a doctissimis Graeciae quaesitum et disputatum est, explicabo et, ut institui, nostra iura attingam.

Atticvs. Istud maxime expecto disserendi genus.

Marcvs. Atqui pleraque sunt dicta in illis libris, quod faciendum fuit, cum de optuma re publica quaereretur; sed huius loci de magistratibus sunt propria quaedam, a Theophrasto primum, deinde a Dione Stoico quaesita subtilius.

---

sianus, qui codex in uoce nıchıl *p.* 175, 1 *deficit* 1 *fortasse* non paulum *propter* 174, 1; aut non multum *Maduigius* non modo multum *deteriores;* [*praue* sane *aut mutatur aut a* nihil *seiungitur*] quod (q *e corr*) *A* 4 rogatūeo *B* 5 dıſputıſ *B*, *corr* eſ *A* ut disputes *Rathio Halmioque glossa uisa est, inclusitque Baiterus; sed iis delètis uix melior fit aut uenustior oratio: debebat enim* reddes nobis causas, quibus maxime placeat ista descriptio; *at interiectis illis* ut in religionis lege fecisti *continuauit orationem quasi ante non* reddes nobis *sed* facies *posuisset, quem ad modum etiam Marcus non* reddam *sed* faciam *respondet, quod illis sublatis minus aptum uidetur* maxımae *B* maxıme *A* 8 addoctıſſımıſ *B* a*doctıſſımıſ *A* 11 adquı *B* 12 quod faciendum fuit *Grutero auctore inclusit Baiterus, sed iis resectis pendent proxima* cum de optuma re p. quaereretur, *et Gruterus quidem etiam illa* in illis libris *abiecerat;* [*neque aptiorem orationem aut sententiam effecit Huschkius transponendo* dicta: quod faciendum fuit in illis libris, cum] querer&ur *A* 13 de magistratibus *cum Halmio delet Baiterus, et tamen apte post illa* cum de optuma re p. quaereretur *addi uidetur, et si est mera abundantia, ne haec quidem intolerabilis aut singularis, confer de oratore* 1, 15, 68. 69 14 quaedā *praeter* qu *in rasura A* theopharaſto *A* the|o praeſto *B* dıon*ſtoıco *A* Diogene *Turnebus* 15 queſıta (qu *in rasura*) *A* ſub*tılıuſ *A* (*ui-*

Atticvs. Ain tandem? etiam a Stoicis ista tractata sunt? 6 14

Marcvs. Non sane nisi ab eo, quem modo nominaui, et postea a magno homine et in primis erudito, Panaetio. nam ueteres uerbo tenus acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque ciuilem, de re publica disserebant. ab hac familia magis ista manarunt, Platone principe; post Aristoteles inlustrauit omnem hunc ciuilem in disputando locum Heraclidesque Ponticus profectus ab eodem Platone; Theophrastus uero, institutus ab Aristotele, habitauit, ut scitis, in eo genere rerum, ab eodemque Aristotele doctus Dicaearchus

---

detur p *erasa*) ſubtılıauſ *B* 1 ain *editiones* anın *A* an|ın *B* τracτa *B* τracτa (ta *supra*) *A* 3 nıſı**** ab eo *A* (*sic*) 4 mago *B* 5 pȯenetıo *B* panȧ&ıo (a *altera corr*) *A* ıllı (ıll *in rasura*) *A* 6 pupularē *B* 7 ab hac familia *deteriores* åb (a *ante* b *corr ex* o) hanc famılıa *A* ab hanc famılıa *B*; *pronomen ad Theophrastum* (175, 14) *refertur, cf. ad Att.* 2, 16, 3 hoc statui, ut, quoniam tanta controuersia est Dicaearcho familiari tuo cum Theophrasto amico meo ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, utrique a me mos gestus esse uideatur: puto enim me Dicaearcho affatim satisfecisse, respicio nunc ad hanc familiam, quae mihi non modo ut requiescam permittit sed; *ceterum* hac familia *Peripateticos Academicosque complectitur, quod ne quis miretur, cf. Acad. post.* 1, 6, 22 illud imprudenter, si alios esse Academicos, qui tum appellabantur, alios Peripateticos arbitrantur; *de fin.* 5, 3, 7; *itaque de fin.* 4, 18, 49 Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia *scribit, cf. de legg.* 1, 21, 55; [*multisque locis hoc idem declaratur: quo minus aut Huschkio aut Hauptio* (*Opp.* 3, 531) *accedam, qui resuscitata uetusta coniectura, a me uero consulto praetermissa*, ab academia magis *scribi iubent, quae nec probabilis est correctio nec aptam orationem efficit insequentibus uerbis* Platone principe.] magıſıſτȧ (ıſ *ante* τ *e corr*) *A* ıſτa magıſ *B* manerenτ *B* manarunτ *corr ex* manerenτ *A* 9 heraclıτeſ quae *sed* τ *corr in* d *B* ponτı* cuſ *A* 10 plaτonem *B* plaτonē *A* τheofraſτuſ *AB* 11 ınſτıτuſ *A* arıſτoτele (τ *altera e corr*) *A* habıτabıτuſcıſcıτıſ *B* 12 arıſτhoτele (rı *e corr*) *A* dıce archuſ *A*

huic rationi studioque non defuit; post a Theophrasto Phalereus ille Demetrius, de quo feci supra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum[que] otioque non modo in solem atque in puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit: nam et mediocriter doctos magnos in re publica uiros et doctissimos homines non nimis in re publica uersatos multos commemorare possumus; qui uero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda ciuitate princeps esset, quis facile praeter hunc inueniri potest?

Atticvs. Puto posse et quidem aliquem de tribus nobis: sed perge, ut coeperas.

7 15 Marcvs. Quaesitum igitur ab illis est, placeret*ne* unum in ciuitate esse magistratum, cui reliqui parerent, quod exactis regibus intellego placuisse nostris maioribus; sed quoniam regale ciuitatis genus, probatum quondam, postea non tam regni quam regis uitiis repudia-

---

dıcearcuſ *B* 1 ratıonıſ *B* ratıonı* ſtudıoq; (ſ *e corr, fuit* rationıſ tudıoq;) *A* poſtattheophraſte (te *corr in* to) *B* poſt at*heoph*raſto *A* 2 phaleur euſile *B* phaleureuſ ılle (ſ ılle *in rasura*) *A* dēm&rıuſ *B* fecıſtı|prae *B* fecı ſupra* *A* 3 mırab^{li}ıter *A* eruditorum otioque *editiones* erudıtoꝝ quaeodıo|que *B* erudıtoꝝ qu^{h}ęodı^{e}oquę *A sed* quę *in rasura* 4 atq; puluerē *B* 5 dıſcrımın *corr* men *A* ꝓdıxı *B* 6 doc^{ſ}tıſımoſ *A* 7 nimis *Victorius* mınuſ *AB* uerſatuſ *B* commemora *B* commemora^{re} *A* 10 ınuenı^{ri} *A* 11 alıquē *A* alıqua|ē *B* '*Cicero libenter et prope impudenter laudem captat, quamquam hic minus immodeste id facit quam in Off.* (1, 1, 3) *ubi prae se Demetrium contemnit.*' *Turnebus* 12 ut] & *B* &^{v} *A* ceperaſ *B* 13 placeretne *editiones* placer& *AB* 14 magıſtratı *B* magıſtratī *A* parerent *editiones* placerent *AB* 15 ıntellıgo *A* placuıſſent *B* placuıſſe** *A* 16 regalı *B* 17 regnı quā regnıſ *B* regnı quā regı*ıſ *A*, *fuit* regnıſ *ante rasuram, ut hinc non recte Halmius* regiis *pro* regis *quod uulgatur effecerit; sed sententiam non puto huic disputationi conuenire nisi* non tam regis quam regni uitiis *posueris* uıcıuſ *B* repu-

tum est, nomen tantum uidebitur regis repudiatum, res manebit, si unus omnibus reliquis magistratibus imperabit. qua re nec ephori Lacedaemone sine causa a 16
Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni. nam illud quidem ipsum, quod in iure positum est, habet consul, ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excepto tribuno, qui post extitit, ne id, quod fuerit, esset. hoc enim primum minuit consulare ius, quod exstitit ipse qui eo non teneretur, deinde quod attulit auxilium reliquis non modo magistratibus, sed etiam priuatis consuli non parentibus.

QVINTVS. Magnum dicis malum; nam ista potestate 17
nata grauitas optimatium cecidit conualuitque uis multitudinis.

MARCVS. Non est, Quinte, ita. non ius enim illud solum superbius populo et uiolentius uideri necesse erat? quo postea quam modica et sapiens temperatio accessit.

* * * conuerte, lex in omnis est. ‘domum cum laude 8 18

τatū *B* 1 est] *ē *A* 2 imperabit *editiones* ımperauıτ *AB* 3 ne cephorı *B* nec ephorı (ep *corr in loco raso paulo ampliore*) *A* lu cedemoneſ|ıne *B* lacedemone* ſıne *sed* ſı *in rasura A* (*fuit in hoc quoque* lacedemoneſ ıne) aτ haec pompo *B* aτhaeopompo *sed* τ *in rasura et* o *ante* p *ut uidetur corr A* 4 apuτ *B* conſulıb· (ıb· *in rasura*) *A* 5 τrıbunı| *corr ex* τrıbū *A* ıpſuτ *B* ıpſū** (ſū *in rasura corr*) *A* 6 eı** *A* 7 exepτe *B* exepτo (c supra; o *e corr*) *A* 8 fuerat *Turnebus* con|ſolareȷuſ (ȷ *corr ex* ı) *A* 9 exſτıτıτ *AB* τenet *B* 10 auxılıū relıū relıquıſ *B* auxılıum relıcım relı|quıſ *A* magıſτraτıbuſ ſ& eτıā (ſ& *corr in* ſed) *A* magıſτraτıb; ſed &ıā *B* 11 prıboτıſ *B* prıbaτıſ *A* conſolı *B* conſolı *A* 13 opτımacıū *B* conualuıτ quaeuıſ *B* conualuıτque uıſ *A sed* e uıſ *in rasura* 16 ſupbıuſ populo & uıolenτıuſ|| populo & uıolenτıuſ uıderı *B* ſupbıuſ populo & uıolenτıuſ populo*********** uıderı *A* 17 modıc& ſapıen|τē peraτıo *B* 18 conuerτem *AB* conuerte *scripsi, quod sic suppleo et interpretor:* ⟨hoc (*scilicet quod imperiis et potestatibus praecipitur, ut se et suos contineant, populi gloriam augeant*) ad ceteros⟩ conuerte, lex in omnis est. *confer pro Cluent.* 55, 150 conuerte nunc ad equestrem ordinem

redeunto;' nihil enim praeter laudem bonis atque innocentibus neque ex hostibus neque a sociis reportandum. iam illud apertum est profecto [est], nihil esse turpius quam est quemquam legari nisi rei publicae causa.

---

atque in ceteros ordines easdem uitae condiciones, non perferent. *Quintilian. Instit. orat.* 11, 1, 38 uerte ut idem Caesar de illo dixerit, arrogantia est. *porro* lex in omnis *dicitur ut infra* 19, 44 scitum et iussum in omnis. *denique de tota sententia conferri quodam modo potest* 3, 14, 32 haec lex, dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest. *itaque ante, non ut uulgo post* conuerte . . . est, *quae cum proximis* domum *cet. coniunguntur, defectus indicium feci, cum praesertim quae praecedunt ea quidem qua usus sum interpungendi ratione plenas efficere sententias uideantur. uulgo* necesse erat, quo posteaquam . . accessit, conuertem *cet. quem quidem defectum ego interitu nonnullorum foliorum archetypi codicis ortum esse cum plerisque statuo nec adducor ut credam maiorem partem suasionis legis de magistratibus quam requirimus numquam scriptam esse a Cicerone: certe omnia argumenta quibus illam suam opinionem firmare studuit Reifferscheidius* (*n. mus. Rhen.* 17, 272) *refelli posse mihi persuasi, quem maxime de totius huius non enarrationis sed suasionis legis consilio et ratione, quae et expresse declarauit Cicero* 2, 10, 24 *et exemplis, quale est haec de tribunatu disputatio* (3, 8) *uel illa de augurum iure* (2, 12), *facile perspicias, a uero aberrasse puto. ex hac autem parte, quae hodie desideratur, reliqua sunt a Macrobio de diff. et soc. gr. lat. q. uerbi* 17, 6 *et auctore incerto de uerbo* 5, 6 [*Gramm. latin. Keil. u.* 5, 620, 8 *et* 644, 9] *e tertio de legibus citata uerba:* qui poterit socios tueri, si dilectum rerum utilium et inutilium non habebit? *quae simplex et rectum iudicium ad illam legem* sociis parcunto 3, 3, 9 (169, 8) *referet: et ampliorem quam quae hodie super est de prouinciis deque magistratibus urbanis disputationem olim praemissam fuisse, uel illa declarant* 8, 18 (180, 11) sed iam si placet de prouinciis decedatur in urbemque redeatur. cum laude redeunto *Victorius* cum laudem pede uno *AB* 1 preter *A* 3 aptū ē ꝓfecto ē nihil est turpius quā ē quēquā *B* apertū est profecto** nihil ēē* (e *altera in rasura*) turpius quā est quēquam *A* [*Retinui* est *post* quam *quod uulgo abiicitur, cf. p.* 15, 7 quid tam exiguum quam est munus hoc; *Quintilian. Inst. or.* 2, 13, 10 quid tam distortum quam est ille discobolus; *pro Rosc. Am.* 16, 47 nemo uobis magis notus futurus sit quam est hic Eutychus; *ibid.* 5, 14; *de fin.* 2, 4, 13 nullum uerbum, quod magis declaret quam declarat uoluptas]

omitto quem ad modum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hereditatis aut syngraphas suas persecuntur, in hominibus est hoc fortasse uitium, sed quaero, quid reapse sit turpius quam sine procuratione senator legatus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere? quod quidem genus legationis ego consul, quamquam ad commodum senatus pertinere uidebatur, tamen adprobante senatu frequentissimo, nisi mihi leuis tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem. minui tamen tempus et, quod erat infinitum, annuum feci. ita turpitudo manet diuturnitate sublata. sed iam, si placet, de prouinciis decedatur in urbemque redeatur.

ATTICVS. Nobis uero placet, sed iis, qui in prouinciis sunt, minime placet.

MARCVS. At uero, Tite, si parebunt his legibus, ni- 19
hil erit iis urbe, nihil domo sua dulcius, nec laborio-

---

1 ıſtıſ egeranτ *B* ıſtıſe*geranτ (e *post* ſ *e corr, fuit* ıſtıſ egeranτ) *A* adque *A* 2 lı|gaτıone *B* ſıngraphaſ *corr* ſyn *A* ſyngrapaſ *B* 3 ·om·nıbuſ *A* est *deteriores* & *AB* uıcıū *B* quero *B* 4 reapse *R. Stephanus* reab ſe *B* re hac *sed* hac *in rasura A* procuratione *editiones* ꝓcuraτo|rē *B* procuraτorem *A* ſenat̄ *B* ſenaτor *sed* o *corr ex* u *A* 5 ullor ·R·P· *B* ullo*||RP (ul *in rasura*) *A* 6 lıgaτıonıſ *B* 7 uidebatur *e cod. Vrsinus* uıdeaτur *AB* adꝓbanτem *B* adprobanτem *A* 8 ſenaτuſ *A* leıuſ *sed* ıuſ *in rasura A* leuıſ *B, quod cur displicuerit Halmio, nam Moserus haeret in quisquiliis editionum, non intelligo; neque enim nomen poni tribuni, quem ad modum in editionibus quibusdam uetustioribus* Leuinus *legitur, necessarium fuit, nec* leuissimus *quod post Turnebum nonnulli scribunt aptius quam* leuis 9 ınt̄ceſſıſ& *A* mınuτa menτē τempuſ eſτ qđ *B* 10 annuum *editiones* annū *AB* 11 ſublaτaſ *B* *Ad Att.* 15, 11, 4 et habent, opinor, liberae legationes definitum tempus lege Iulia nec facile addi potest 12 *et* 13 prouıncıſ *A* ın urbē que *A* 13 hıſ *B* hıſ *A* 15 ad *B* ad *A* parebunt *deteriores* parebanτ *B* parebanτ *A* 16 urbe* *A* dom ua (*h. e.* domu

sius molestiusque prouincia. sed sequitur lex, quae sancit eam tribunorum plebis potestatem, quae in re publica nostra: de qua disseri nihil necesse est.

Qᴠɪɴᴛᴠs. At me hercule ego, frater, quaero, de ista potestate quid sentias; nam mihi quidem pestifera uidetur, quippe quae in seditione et ad seditionem nata sit: cuius primum ortum si recordari uolumus, inter arma ciuium et occupatis et obsessis urbis locis procreatum uidemus; deinde cum esset cito necatus tamquam ex XII tabulis insignis ad deformitatem puer, breui tempore nescio quo pacto recreatus multoque taetrior et foedior *re*natus est. quae enim ille non edidit?

9

ſua) *B* 1 prouıntıa *A* sed *Bakio delendum uidebatur, secuti sunt Halmius et Baiterus, perperam, praecidit enim ampliorem de prouinciis disputationem, ut ad aliam iam transeat legem: cf. de re publica* 2, 21, 37 ſanττıτe amτrıbono𝔭 *B* 2 quae in re p.] est *addi iussit Turnebus, quod post* quae *posuit Goerenzius* 3 dıſceſſerı *B* 4 ad *B* ad *A* quero *B, corr* quę *A* dedeıſτa *B* dedeıſτa *A* 5 ſencıaſ *B* 6 ın ſıdıτıone *corr* ſed *A* 7 orτum *sed* rτ *e corr A* recordari *editiones* recordare *AB* ınτer*arma *B* (*uidetur* τ *erasa*) 8 obſeſſı *in rasura A* 9 uidemus *deteriores* uıdımuſ *AB, Victorius, quam ab Ernesto ut dicit ante inuentam librorum scripturam probat Halmius, iniuria: hoc enim Cicero dicit: si ad historiae memoriam recurrere uolumus*, *uidemus h. e. nostro sermone 'finden wir'; quem usum uerbi* uidere *attigit et exemplis nonnullis illustrauit Tischerus ad Tusc.* 3, 25, 59; *ad eandemque rationem dicendi pertinet, quod infra* 14, 31 *scribitur* licet uidere, si uelis replicare memoriam temporum necatus *Puteanus* legaτuſ *AB* ablegatus *Ioannes Auratus et Brissonius teste Lambino* 10 ex CXII *B* pur *A* 11 τemporecreaτuſ *sed in margine manu antiqua* ɴeſcıo quopacτo *A; apparet unde error natus sit: scilicet ab ultima syllaba uocis* tempore *ad primam uocabuli* recreatus *aberrauit librarius; Halmii testimonium non satis accuratum* τreτıor *B* τ&rıor *in rasura A* 12 fedıor *AB* renatus *Lambinus* naτuſ *AB* quae *deteriores* quē *AB* quid *Madvigius;* quem enim ille (tumultum) non edidit *I Fr Wagnerus*; [quae

qui primum, ut impio dignum fuit, patribus omnem
honorem eripuit, omnia infima summis paria fecit, tur-
bauit, miscuit; cum adflixisset principum grauitatem,
numquam tamen conquieuit. namque ut C. Flaminium 20
atque ea, quae iam prisca uidentur propter uetustatem,
relinquam, quid iuris bonis uiris Tiberi Gracchi tribu-
natus reliquit? etsi quinquennio ante Decimum Brutum
et P. Scipionem consules, quos et quantos uiros, homo
omnium infimus et sordidissimus, tribunus pl. C. Cu-
riatius, in uincula coniecit, quod ante factum non erat.
C. uero Gracchi ruinis et iis sicis, quas ipse se proie-
cisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ci-
ues, nonne omnem rei publicae statum permutauit? quid
iam de Saturnino, Sulpicio, reliquis dicam? quos ne de-
pellere quidem a se sine ferro potuit res publica. cur 21

---

quod nunc recepi cur uerum habeam alibi rationes exposui] 2 ono|rem *B* honorē *sed* hon *in rasura A* turbabit *B* turbabıt *A* 4 namque *Bakius* anque *AB* atque *deteriores* C. Flaminium *deteriores* cū flamınıuſ *B* cōm (m *corr ex* n) flamınıuſ *A; et* C. *non* Cn. *esse, ut antea uulgabatur, Turnebus adnotauit* 5 atq; eaq; *B* atq; ea quę (*corr ex* que) *A* 6 relīquā *A* re|lıquā *B* uiris] uırı*ſ (*fuit* uırıſ) *A* T. *uel* Ti. Gracchi *editiones* lıberı gracchı *AB* 7 relıquıt (t *corr ex* d) *A* quınque annıo *B* dū brutū *B* dum (decium *superscr.*) brutum (rut *in rasura*) *A*, Decimum *Victorius* 8 p·ſcıpıonem (p *ante* ı *e corr*) *A* 9 ınfırmuſ *B* ınfı*muſ *A* (*fuit in hoc quoque haud dubie* ınfırmuſ) C. Curiatius *Ascensiana, Victorius* ·c· curıatuſ *AB* 11 gracchı *AB quod uerum puto* [C. Gracchi tribunatum *dicit, quod ex u.* 6 *asciscitur, non difficilius quam uel Tusc.* 3, 33, 79 consolatio *ad* Chrysippi *genetiuum*]; Gracchus *editiones* et iis sicis *Turnebus* & uſ ſıcuſ *B* &ınſcıtuſ *praeter* & *in rasura A*, *et in margine antiqua manu* excıdıuſ (ıl c *superscr.*) proiecisse *editiones* proıecıſſ& *AB* 12 deglarıarent *B* degladıa|rentur *sed* de *corr in* dı *et* dıa *in rasura A* 13 perturbauit *unus Oxoniensis Goerenzii, Maduigius Opp.* 1, 472 14 Saturnino, Sulpicio *Goerenzius* ſaturnını ſupplıcıo *B* ſaturnını ſupplıco (ı *superscr.*) *A* 15 a ſe *corr ex* a

autem aut uetera aut aliena proferam potius quam et nostra et recentia? quis umquam tam audax, tam nobis inimicus fuisset, ut cogitaret umquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem tribunicium exacuisset in nos? quem cum homines scelerati ac perditi non modo ulla in domo, sed nulla in gente repperirent, gentes sibi in tenebris rei publicae perturbandas putauerunt. quod nobis quidem egregium et ad inmortalitatem memoriae gloriosum, neminem in nos mercede ulla tribunum potuisse reperiri, nisi cui ne esse qui-
22 dem licuisset tribuno. sed ille quas strages edidit. eas uidelicet, quas sine ratione ac sine ulla spe bona furor edere potuit inpurae beluae multorum inflammatus furoribus. quam ob rem in ista quidem re uehementer Sullam probo, qui tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit,

---

re *A* 1 alięna *B* ꝑferat *B* proferā* (˜ *e corr, fuit* erat) *A*, profero *Halmius, ac poterat sane* quid ego uetera profero? *non poterat opinor* cur uetera profero potius quam recentia? *et confer Tusc.* 1, 45, 108 *praemissis singulorum quorundam opinionibus* sed quid singulorum opiniones animaduertam, nationum uarios errores perspicere cum liceat. [*Confer Maduigium de fin. p.* 714] po|ciuſ *B* 2 recencia *B* 3 fuiſſ& & ut *A* cogitarē *B* cogitaret *sed* t *extrema e corr A* *Haerent nonnulli in duplici* umquam, *sed confer pro Sestio* 13, 30 hic si umquam uos eos, qui nunc estis, in re p. fore putasset . . . umquam ausus esset senatum de re p. tollere? *ad Att.* 10, 8, 9 6 repperirent *AB* 8 immort. *B* 9 mer ec de *B* 10 repperiri niſi cui neceſſe *A* repperirimi ſicut neceſ|ſe *B* ne esse *R. Stephanus;* [nec esse quidem *quod et hic in libris est et rursus p.* 190, 15 nec ueniet quidem· *ne quis Ciceroni attribuat cautum est Maduigii disputatione de fin. p.* 808 *sqq. nec multo secus iudicare Ribbeckius uidetur de partic. lat. p.* 48] quide *A* 11 tribunoſ *B* quaſ *A* ſtrageſ *B* 12 bona *corr ex* bono *A* furor edere *Aldina, Victorius* futura reddere *AB* 13 impura euelbe *B* inpurę belųe *sed* belųe *in rasura A* 15 ſublā *B* tribuniſ ſpł *B* faciende *A* 16 poteſtate *B* auxiliū *B* auxiliū *corr ex* auſili *A* reliquerit *superscrip-*

Pompeiumque nostrum ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque ecfero laudibus, de tribunicia potestate taceo; nec enim reprehendere libet nec laudare possum.

MARCVS. Vitia quidem tribunatus praeclare, Quinte, 10 23
perspicis, sed est iniqua in omni re accusanda praetermissis bonis malorum enumeratio uitiorumque selectio: nam isto quidem modo uel consulatus uituperari potest, si consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris; ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali, sed bonum, quod est quaesitum in ea, sine isto malo non haberemus. ʻnimia potestas est tribunorum plebis.ʼ quis negat? sed uis populi multo saeuior multoque uehementior, quae, ducem quod habet, interdum lenior est, quam si nullum haberet; dux enim suo *se* periculo progredi cogitat, populi impetus periculi rationem sui non habet. ʻat aliquando incenditur.ʼ et quidem saepe 24
sedatur. quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo e decem sana mente sit? quin ipsum Ti. Gracchum non solum neglectus, sed etiam sublatus interces-

---

tum A 1 pompe*ȷūq; (ȷ *e corr*) *A* 2 & fero *B* ecfero *sed* ec *in rasura A* d&rıbunıcıa *A* 5 uıcıa *B* uıтıa *in rasura A* preclare *A* 6 ᶠp̄pıcıſ *A* acuſanda *A* accuſanт da *B* 7 uıcıorū queſe ſelecтıo *B* uıтıorūque**ſelecтıo *A* 8 conſōlaтuſ *A* uituperari potest *Feldhuegelius* uıтupeтeſт *B* uıтup&ra ᵇⁱˡⁱˢ eſт (ra *e corr*) *A* 9 conſōlum *A* 10 faтeor (тe *in rasura*) *A* 11 malıſ *B* 12 T̃R·P̃L *A* ·Ī·R̃Pł *B* 13 mulтoſ euıor *B* mulтūq; uem̃тıor *B* mulтoq; ue|hemementıor *A* 14 cum habet *deteriores nonnulli*, *quo Halmius usus est* 15 eſт quā ſı *praeter* ı *in rasura A* nullā *B* nullā̆ *A* suo se *deteriores pauci* se *om AB* 17 aliquando *editiones* alıquanтo *AB* 18 ſaedaтur *B* 19 nemo*||edecē* ſana menтe (e *ante* dec, ˜ *super* ē, a *ultima in* ſana *e corr*) *A* ſanem̃тę *B* 20 neglectus *Manutius* necтuſ *AB* *Confer Philipp.* 2, 22, 53 intercessio neglecta, ius tribuni-

sor euertit; quid enim illum aliud perculit nisi quod potestatem intercedenti collegae abrogauit? sed tu sapientiam maiorum in illo uide: concessa plebei ista *a* patribus [ista] potestate arma ceciderunt, restincta seditio est, inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarent, in quo uno fuit ciuitatis salus. 'at duo Gracchi fuerunt.' et praeter eos quamuis enumeres multos licet, cum deni creentur, *non* nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos, leues etiam, non bonos, fortasse plures: inuidia quidem sum-

---

cium sublatum 1 euertit *scripsi* fueraт *AB* *Confer pro Milone* 21, 56 saepe spoliantem iam et exultantem euertit et perculit: *scilicet quae ibi coniunguntur uerba, eisdem hic uariatur oratio* illum aliud *editiones* ıllud alıud *AB* 2 intercedenti *Maduigius* ınтercedendı *AB*; [*conf. Velleium* 2, 2, 3 Octauioque collegae pro bono publico stanti imperium abrogauit.] college *B*, *corr* gę *A* sapientiam maiorum in illo *Turnebi editio a.* 1552, *idem* maiorum in hoc *iam* 1538 *coniecerat;* ſa|pıenтıam maıorınıhılo *A* ſapıenтıā maıorınıhılo *B* 3 conceſſa plebe ıſтa paтrıbuſ ıſтa poтeſтaſ *A* (*sic*) conceſſe plebe ıſтa poтeſтaſ *B* (*sic*), concessa plebi (plebei *Halmius*) a patribus ista potestate *editiones; sed mihi praestabilius uisum est prius* ista *teneri, conf. p.* 197, 16; [(cum) concessa plebei est a patribus ista potestas *Huschkius, speciose, sed cf.* 3, 7, 17 ista potestate nata grauitas optimatium cecidit; *et in ea forma, quam restitui, ne quis in ordine uerborum haereat, de fin.* 2, 6, 18 *legitur* summum a uobis bonum uoluptas dicitur; *de orat.* 2, 54, 218 illa a ueteribus superior cauillatio, haec altera dicacitas nominata est; *de nat. deor.* 3, 34, 83 quam bona a dis immortalibus nauigatio sacrilegis detur; *denique* potestas *pro* potestate *positum est quia in illis* concessa ista *ambigua erat structura, quo modo de off.* 1, 32, 115 *peccatum est, et omnino saepius quam uulgo creditur.*] 4 armacae ceder̃ *B* reſтınтa *B* reſтıncтa (т *e corr*) *A* ſedıтıo (т *e corr*) *A* 6 putarent *Ernestus* puтarınт *B* puтarım *corr* ınт *A* 7 ad *A* ad *B* grachı *A* gracchıı *B* fueruт *B* & preтer (& *in rasura*) *A* 8 ınnumereſ *B* deni creentur *Turnebus* denт creanтur *AB* (*sic*) deni creantur *uel* crearentur *editiones* non nullos *Turnebus* [*Muretus Var. Lect.* 4, 3] nulluſ *B* nulluſ *corr* nulloſ *A* 9 repperıeſ *A* pnıтıoſoſ *B* 10 quam bonos *Halmius, sed neque ille neque ceteri ut uidetur orationis formam*

mus ordo caret, plebes de suo iure periculosas contentiones nullas facit. quam ob rem aut exigendi reges non 25
fuerunt aut plebi re, non uerbo danda libertas: quae tamen sic data est, ut multis praeclarissimis adduceretur, ut auctoritati principum cederet. nostra autem causa, **11**
quae, optume et dulcissime frater, incidit in tribuniciam potestatem, nihil habuit contentionis cum tribunatu; non enim plebes incitata nostris rebus inuidit, sed uincula soluta sunt et seruitia concitata, adiuncto terrore etiam militari. neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo rei publicae tempore, cui *ni* cessis-

---

recte ceperunt: hoc dicit nonnullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos, leues etiam fortasse plures (*quem ad modum pro Milone* 34, 92 iam satis multa de causa, extra causam etiam nimis fortasse multa; *de off.* 3, 12, 51 uendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris; *ibid.* 2, 18, 64); *unde apparet* etiam *ad totam sententiam pertinere, non ad* non bonos, *quod* ἀσυνδέτως *alteri nomini* leues *ut grauius adiicitur*   3 re *in rasura A* dande *B*   4 data·ẽ *in rasura A*   multiſ p̄clariſſimiſ *AB*, *de quibus sic iudico ut olim, nec* multis *nec* praeclarissimis *correctionem recipere, sed omissam esse uocem, siue* institutis *fuit quod post* multis *facile excidere poterat siue aliud, cui haec duo nomina adhaererent;* multis praeclarissimis legibus *Lambinus*   adduceretur ut *deteriores* addicer&̃ ut *B* addiceret ut *sed* ˜ *e corr et* ut *in rasura A*   5 ſeder& *B* ceder& *corr ex* ſeder& *A*   6 incidit *editiones* incendit *B* incendit *A*   tribunitiā *A*   7 contentioneſ cū tribunatū *B*   8 plebiſ *B* plebiſ *corr* plebeſ *A*   nr̃aſ reb; *B*   9 ſeruicia *B*   incitata *AB* concitata *Goerenzius*, *idem de inducendo priore* incitata *u.* 8 *cogitans*, [*quorum hoc Halmius et Baiterus probarunt, ego prius, ab illis ne memoratum quidem, secutus eram, nec postea dubitatum est.*] *Cf. ad fam.* 10, 33, 4 non modo nationes sed etiam seruitia concitaturum; *pro Flacco* 8, 18 opifices et tabernarios atque illam omnem faecem ciuitatum quid est negotii concitare; *pro Sestio* 24, 53; *Acad. pr.* 2, 47, 144 quo enim spectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur? qui si undique omnes conuenerint, facile contra uos incitabuntur.   adiuncto terrore *editiones* adiuncta errore &iā militari *B* adiuncto erore &iam militare *A* (*sic*)   10 neque *om B*   11 ni *addidit Goerenzius*   cui ceſ-

sem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. atque haec rerum exitus indicauit: quis enim, non modo liber *sed* seruus libertate dignus, fuit, cui nostra
26 salus cara non esset? quod si is casus fuisset rerum, quas pro salute rei publicae gessimus, ut non omnibus gratus esset, et si nos multitudinis furentis inflammata inuidia pepulisset tribuniciaque uis in me populum, sicut Gracchus in Laenatem, Saturninus in Metellum, incitasset, ferremus, o Quinte frater, consolarenturque nos non tam philosophi, qui Athenis fuerunt, qui hoc fa-

---

ſiſſem *B* cui ſi cęſſiſſem *A* 1 beneficıum eı *sed per rasuram mutatum in* beneficıı meı *A* 2 rer exıtuſ *B* reȷ|*exıtuſ *A sed* ȷ *e corr, fuit ut uidetur* re|rexıtuſ; *unde* rerum (reř) *malui quam quod uulgatur* rei *ponere, conf. p.* 124, 10 ıudıcauıт *B* ıudıcauıт *corr* ɪɴdıcauıт *A* 3 sed seruus *unus Goerenzii* ſeruuſ *AB* sed etiam seruus *deteriores* 5 ſaluтa *B* ſaluтe *sed* e *in rasura A* gratus essem *uel* gratae essent *IFr Wagnerus, quem puto* casum *non recte accepisse: hoc enim dici uidetur* si res quas pro salute rei p. gessimus non omnibus gratae cecidissent, *quem ad modum in simili sententia pro Milone* 30, 81 si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata ciuitate; [*ineptorum* στωμύλματα, *qui ut aliquid dixisse uideantur aliorum sententias peruertunt, non moror.*] 6 ſı ɪɴ noſ *A* fuerenт hıſ *B* fu*renт*ıſ *A* ınflamaтa *B* 7 pepulisset tribuniciaque uis *Goerenzius* pepulıſтrıbunıcıa quıſ (*uel* ıтıa *quod internosci non potest*) *B* pepulıſ‿ſ& тrıbunıтıa quıſ *sed* & *a corr add A* 8 lenaтẽ *B* lanaтem *corr* lænaтem *A* Metellum *editiones* meтallum *AB* 9 fer r emuſ *A* conſularenт̃ quae noſ n̄ тā *B* conſularenтurque ɴoſ|non тā *sed* conſol *corr*, e ɴoſ *in exitu uersus a corr add, et* non тā *initio insequentis in rasura A* 10 qui hoc facere debent, *quae 'adulterina' habuit Rathius, Halmius et Baiterus includunt, abesse posse non puto, si quidem necessarium uidetur dici, cur philosophi Athenienses, si non tantum, quantum clarissimi illi uiri, tamen aliquantum afferre solacii Ciceroni possint: et* hoc facere *non ad consolandi sed ad ferendi h. e. cedendi notionem refertur philosophorumque praecepta uidentur clarissimorum uirorum exemplis opponi: unde nata suspicio scriptum fuisse* qui hoc facere iubent, *in quo praesens recte se habet, et sententia euadit similis*

cere debent, quam clarissimi uiri, qui illa urbe pulsi carere ingrata ciuitate quam manere inprobam maluerunt. Pompeium uero quod una ista in re non ita ualde probas, uix satis mihi illud uideris attendere, non solum ei quid esset optimum uidendum fuisse, sed etiam quid necessarium: sensit enim deberi non posse huic ciuitati illam potestatem; quippe quam tanto opere populus noster ignotam expetisset, qui posset carere cognita? sapientis autem ciuis fuit causam nec perniciosam et ita popularem, ut non posset obsisti, perniciose populari ciui non relinquere. scis solere, frater, in huius modi sermone, ut transiri alio possit, dici 'admodum' aut 'prorsus ita est.'

QVINTVS. Haud equidem adsentior, tu tamen ad reliqua pergas uelim.

---

illi ad fam. 1, 9, 18 id enim iubet idem ille Plato, quem ego uehementer auctorem sequor, tantum contendere in re publica, quantum probare tuis ciuibus possis: uim neque parenti nec patriae adferre oportere. *quae ducta sunt ex Platonis de republica* 6, 496; *iisque similia Cicero alibi uelut ad Att.* 10, 8, 7   2 ınprobā *AB* in inproba *uulgatur, quod uereor ne specie ueri fefellerit: sententiam Ciceronis, ut e multis pauca delibem, illustrent haec in Vatin.* 3, 6 quod mihi discessum obiecisti meum . . . tantum tibi respondeo, me, cum tu ceteraeque rei p. pestes armorum causam quaereretis . . . scelus et furorem uestrum cedendo maluisse frangere quam resistendo. *pro Sestio* 22, 49 hoc meo quidem animo summi in patriam amoris mei signum esse debet certissimum, quod cum abesse ab ea sine summo dolore non possem, hunc me perpeti quam illam labefactari ab improbis malui. *in Pison.* 9, 21; *pro Planc.* 36, 89; *post red.* 5, 13. 14   3 balde *B* ualde *A sed* u *corr*   4 ſaтuſ *B*   uıdere ſaтendere *B* uıdereſ aттendere (*corr* uıderյſ) *A*   5 uıdenтē fuıſſ& &ıam *B* uıdendum fuıſſe* ſed | eтıam (ſed *in fine uersus uidetur a corr add*) *A*   7 cıuıтaтe *corr* тı *A*   тanтo oppere *B*   8 poſſe *B* poſſe *A* (τ *superscr.*)   10 opſıſтı pnıтıoſae *B*   11 relınquerere *A* relınquereſ cıſſolere (ſol *corr ex* ſoт) *B*   12 alıo poſſıт dıcı *in rasura A*   13 proſuſ (r *superscr.*) *A* pſuſ *B*   14 haud equidem *editiones* auт equıdem *A* auт | aequıdem *B*   15 uelın *B*   perga-

MARCVS. Perseueras tu quidem et in tua uetere sententia permanes.

ATTICVS. Nec me hercule ego sane a Quinto nostro dissentio, sed ea quae restant audiamus.

12
27 MARCVS. Deinceps igitur omnibus magistratibus auspicia et iudicia dantur, iudicia, ut esset populi potestas, ad quam prouocaretur, auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles inpedirent morae; saepe enim populi impetum iniustum auspiciis di immortales represserunt. ex iis autem, qui magistratum ceperunt, quod senatus efficitur, populare sane neminem in summum locum nisi per populum uenire sublata cooptatione censoria. sed praesto est huius uiti temperatio, quod senatus lege no-
28 stra confirmatur auctoritas; sequitur enim: 'eius decreta rata sunto.' nam ita se res habet, ut, si senatus dominus sit publici consilii quodque is creuerit defendant omnes et si ordines reliqui principis ordinis consilio rem publicam gubernari uelint, possit ex temperatione iuris,

---

ſuelī·pſeueraſ (ſuelī·p *in rasura*) *A* 3 nec *Maduigius* (*Opp.* 2, 162) nunc *AB*; *olim haec inter Quintum et Atticum sic distribuebantur: Q.* Nunc (*uel* Non) mehercule. *Att.* Ego sane
4 dıſſenſıo *B* dıſſentıo *A sed* ntı *in rasura* audıuım *B*
5 igitur *om B* mageſtratıb; *corr* magıſ *A*
6 &ıudıa (ci *superscr.*) *A* ıudıcıaaut *B* ıudıcıa*ut *A* poteſt ad quā *B*
7 comitiatus *R. Stephanus* commıtatuſ *B* commıtatuſ (ı *in rasura, uidetur* commutatuſ *fuisse*) *A* 8 ımpedırent *B*
9 ıuſtū *B* dı ımmortalıſ repſerunt (r *superscr.*) *A* dıı ımmortalı ſeperſcrıpſer̄ *B* 10 ex iis *deteriores* ex hıſ *AB* magıſtrū *B*
coeperunt *A* cepeř (o *superscr.*) *B* 11 populare est *Turnebus* popularem *AB*; [*nec* est *requiritur quod cum Halmio et Baitero Muellerus edidit* (*cf. ad p.* 205, 18) *neque ex* popularem *scriptura* (*cf. p.* 197, 11) *quod propter Halmium moneo recte efficitur*]
nemınē *B* nemıne *A sed uidetur* ˜ *in foramine membranae periisse*
12 uenıreſ ſublata coobtatıone cenſorıaſ *B* 13 uıtı *B*
uıtı (ı *superscr.*) *A* ſanatuſ *corr* ſæn *A* 15 rataſ̄ o *B*
16 quodque *editiones* quoque *AB* defendant *editiones* defendat *AB* 17 principis ordinis *Turnebus* (*ut est in Copiis*

cum potestas in populo, auctoritas in senatu sit, teneri ille moderatus et concors ciuitatis status, praesertim si proximae legi parebitur; nam proximum est: 'is ordo uitio careto, ceteris specimen esto.'

Qvintvs. Praeclara uero, frater, ista lex, sed et late patet ut uitio careat ordo, et censorem quaerat interpretem.

Atticvs. Ille uero etsi tuus est totus ordo gratissi- 29
mamque memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modo censores, sed etiam iudices omnes potest defatigare.

Marcvs. Omitte ista, Attice; non enim de hoc se- **13**
natu nec his de hominibus, qui nunc sunt, sed de futuris, si qui forte his legibus parere uoluerint, haec habetur oratio; nam cum omni uitio carere lex iubeat, ne ueniet quidem in eum ordinem quisquam uitii particeps. id autem difficile factu est nisi educatione qua-

---

Victor. a) princıpeſ ordıneſ *AB* 1 ınſenaτuſ ıττınere ıllaemode|raτuſ *B* ın ſenaτu ſıτ τenere (*corr* rj) ılle moderaτuſ & conco rſ cıuı| *in rasura A* 3 lege ꝑhıbıτ̃ *B* ꝑxı|mū & *B* proxımū* [eſτ] (*sic*) *A* ordouı uıτıo car& oerıſ ſpecıemenτ eſτ *B* 4 ſpecı*men eſτo *sed* eſτo *in rasura A* 5 preclara *A* p̄claro *B* fraτ̃|ıſτa *B* fraτ̃*ıſτa *A; unde possis* est ista (ẽ ıſτa), [*sed* est *non desideratur et melius abest*] sed et late patet ut *Turnebus* (*idem* lex est et late p. *coniciens*) ſed & laτeraτ & uτ *B* ſedeclaτeraτ &uτ *A* (c *ante* l *obscurum*) 6 uıcıo *A* careaτ ordo & cenſorẽ quaeraτ|| *in rasura A* quaerit *Turnebus* ınτ̃preτẽ* *sed* ınτ̃ *et* ˜ *super* e *a corr add A* 8 ıllae *B* τoτŏſ *A* graτıſſımāquẹ *A* 9 retinet *editiones* reτınenτ *AB* conſolaτuſ *B* placeτuādıxerā *B* pace|τua*dıxerī* *sed* pace τu *in rasura A* 10 cenſoreſ (c *e corr*) *A* 11 defaτıgare (re *in rasura*) *A* 12 aττıcenτenī deocſenaτu *B* 13 hıſ *B* [l]ıſ *A* fuτurıſ* ſı (ſı *e corr*) *A* 14 forτẹ *B* uo|luerınτ hab& oraτıone cū *B* uoluerınτ haec| habeτur oraτıo·nā cū *sed* nā cū *in rasura A* 15 ıubeaṇτ *A* ıubeaN̄ *B* *sed* N̄ *corr* neẹuenı|& *B* ne[c]uenıeτ *A* 17 dıffıẹıle (*sic*) *B* facτū *A* nıſeducaτıon̄ quadā & (*h. e.* educaτıo non) *B* nıſı educaτıone quadā eτ *sed* ne quadā eτ *in ra-*

dam et disciplina, de qua dicemus aliquid fortasse, si quid fuerit loci aut temporis.

30 Atticvs. Locus certe non derit, quoniam tenes ordinem legum, tempus uero largitur longitudo diei. ego autem, etiam si praeterieris, repetam a te istum de educatione et de disciplina locum.

Marcvs. Tu uero et istum, Attice, et si quem alium prae*teriero*. '*ce*teris specimen esto.' quod si, tenemus omnia: ut enim cupiditatibus principum et uitiis infici solet tota ciuitas, sic emendari et corrigi continentia. uir magnus et nobis omnibus amicus, L. Lucullus, ferebatur quasi commodissime respondisset, cum esset obiecta magnificentia uillae Tusculanae, duo se habere uicinos, superiorem equitem Romanum, inferiorem libertinum: quorum cum essent magnificae uillae, concedi sibi oportere, quod iis, qui inferioris ordinis essent, liceret. non uides, Luculle, a te id ipsum natum, ut illi cuperent? quibus id, si tu non faceres, non lice-
31 ret. quis enim ferret istos, cum uideret eorum uillas

---

sura A 1 dicemus *editiones* dıcımuſ *AB* for|taſſeeſt quod fuerıt *A* fortaſſeē|qđ fuerıt *B* si quid *editiones* 2 autēmporıſ *A sed corr in* autēmporıſ (*sic*) 3 de rıt *A* deerıt *B*, *cf. p.* 7, 10 quoniam *om B* 4 largıtuſ *B* 5 repetā ab|eıſ tū *B* deeducatıone *A* 7 tuero *B* attıcae *B* 8 praeteriero. ceteris *margo Lambinianae nescio cuius* pretenſ *A* p̄tenſ *B* praeterii. ceteris *Ascensiana* ſpecımen*eſto *A* ſpecıonenteſ to *B* quod ſı tenemuſ *A* 'qđſıt enem̄ *B* (*sic*) quod si est, tenemus *R. Stephanus* quod si (tenemus) tenemus *Bakius*, [*quod cum plerisque edideram, dubito quam uere: Tusc.* 5, 17, 50 Quod si, beata uita glorianda est *in conclusione*, *ubi* est *addi solet.*] 9 omnıa ut *sed* a u *in rasura A* 10 contınentıa *A* 11 mag|nōſ *A* 13 abıecta *B* uıllaae *B* 14 inferiorem *editiones* ınterıorem *AB* 15 ullae *B* ulle *A* concedıſı*bı (ıſı *e corr*) *A* (*fuit ut uidetur* concedıſ ubı) 16 oporte *B* oporte *A* ıſ *A* ıſ *B* inferioris *Victorius* ınte*rıorıſ *A* (*uidetur* r *erasa*) ınterıoſıſ *B* 17 lucullae *B* luculle* (e *e corr*) *A* adeıd ıpſum *B* adeıdıpſum *A*

signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam
sacris et religiosis? quis non frangeret eorum libidines,
nisi illi ipsi, qui eas frangere deberent, cupiditatis eius-
dem tenerentur? nec enim tantum mali est peccare prin- 14
cipes, quamquam est magnum hoc per se ipsum malum,
quantum illud, quod permulti imitatores principum exi-
stunt. nam licet uidere, si uelis replicare memoriam
temporum, qualescumque summi ciuitatis uiri fuerint,
talem ciuitatem fuisse; quaecumque mutatio morum in
principibus extiterit, eandem in populo secutam. idque 32
haud paulo est uerius quam quod Platoni nostro pla-
cet, qui musicorum cantibus ait mutatis mutari ciuita-
tum status. ego autem nobilium uita uictuque mutato
mores mutari ciuitatum puto; quo perniciosius de re
publica merentur uitiosi principes, quod non solum ui-
tia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem, ne-
que solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam
quod corrumpunt plusque exemplo quam peccato no-
cent. atque haec lex, dilatata in ordinem cunctum, coan-

---

1 refertas *editiones* repertaſ *AB* 2 quiſ n̄ franger&⁺ *in rasura A* +eorum libidiniſ (*corr* eſ) niſi illi ipſi qui eaſ frangere *in textu omissa in imo margine manus antiqua eadem quae illa in loco raso scripsit in A* eor libidiniſ *B* 3 cupiditatiſ eiuſdē *B* cup*iditatiſ eiuſdem *A* cupiditatibus eisdem *deteriores, Lambinus, quem Halmius et Baiterus sequuntur, sed confer Quintilianum Inst. or.* 5, 14, 11 non quisquis hominem occidit, caedis tenetur. 5 quamquam est *editiones* quamque eſt *A* quā|quē *B* 6 ꝑmulte imitatoreſ *B* ꝑmulti imita|toreſ *sed* imita *in rasura A* 7 ſiuellıſ *B* 10 ex*titerit (ſ *erasa*) *A* secutam *R. Stephanus* ſecuturam *A* ſecurā *B* 11 haud paulo *editiones* aut paulo *AB* nuſtro *corr* no *A* Platoni nostro, *cui scilicet illud quoque placuit, id quod nunc obliuisci uidetur Cicero, sed scribit ipse ad fam.* 1, 9, 12 haec animaduertenda in ciuitate, quae sunt apud Platonem nostrum [*de legg.* 4, 711 *b*] scripta diuinitus, quales in re publica principes essent, tales reliquos solere esse ciues; [*neque quicquam in his mouebit qui Ciceronis quam memorabilis nonnumquam obliuio fuerit reminiscetur: confer, ut unum afferam, Tusc.* 3, 17, 36] 13 uictu quae *B* 14 ꝑnitiosiuſ *B* 16 conſcipiunt *B* 19 dilata (ta *suprascr.*) *A*

gustari etiam potest; pauci enim atque admodum pauci honore et gloria amplificati uel corrumpere mores ciuitatis uel corrigere possunt. sed haec et nunc satis et in illis libris tractata sunt diligentius: qua re ad reliqua ueniamus.

15 33 Proximum autem est de[in] suffragiis, quae iubeo nota esse optimatibus, populo libera.

Atticvs. Ita mercule attendi, nec satis intellexi quid sibi lex aut quid uerba ista uellent.

Marcvs. Dicam, Tite, et uersabor in re difficili ac multum et saepe quaesita, suffragia in magistratu mandando ac de reo iudicando *sciscenda*que in lege aut rogatione clam an palam ferri melius esset.

---

1 adque (t supra d) *A* admodū (·pauci supra) honore *A* 2 āplıficatı (τ *e corr*) *B* 4 τractaſ (ta supra) *A* 6 proximum autem est *deteriorum unus, C. Stephanus* proxımuſ auτē·ē· *A* pxım̄ auł·ē· *B* proximum est autem *R. Stephanus, quod probant recentiorum nonnulli emendationis genere usi, quod etsi multis placere uideo, peruersum esse iudico:* proxımuſ *errore scriptum propter* uenıamuſ deınſuffragııſ *AB cf. Academ.* 2, *p.* 55, 14 *Halm.* qui dein bonis . . discrepant *in B* 8 mercule *B* mercule* *A; cf. p.* 6, 1 aτıendı *AB* ınτellexı quıdſıbılexı quıd ſıbı lex | auτ *A* ınτellexı quıd ſıbılex ıqıdſıbılex auτ *B* 10 dıffıcıle *B* 11 ſuffragıa* *A* ſuffragıā *B* ın|magıſτraτū andando *B* ınmagıſτraτum*andando *A* 12 ac de *Feldhuegelius* an de *AB* aut de *editiones* iudicando (sciscenda)que in lege aut rogatione *scripsi* ıudıcando quıınlege auτ rogaτıone *AB* iudicando aut lege aut rogatione sciscenda *R. Stephanus* iudicando atque in lege aut rogatione *Turnebus* iudicando atque in legum rogatione *auctore Maduigio Halmius et Baiterus, quod mihi concinnitate dissuaderi uidetur, nam nec* legum *nec* rogatione *sed saltem* in lege roganda *scripsisset, si modo in roganda ac non potius in sciscenda lege suffragia ferrentur,* [*neque* iubendaque *de Huschkii opinione rectius scribetur, cui coniecturae quae p.* 195, 15 *leguntur* de iubendis legibus ac uetandis (*de or.* 1, 14, 60) *obesse magis quam prodesse sentio; conf. si tanti est pro Planc.* 14, 35 quod primus sciuit legem *quaeque ibi sequuntur; et supra p.* 101, 15]: *quod autem* lege aut rogatione *scribitur, non puto dissimile esse* 1, 16, 43 suffragiis aut scitis multitudinis: *in quo* quod et *scribi pro* aut *iussit Bakius, constantiam is quidem pro-*

QVINTVS. An etiam id dubium est? uereor ne a te rursus dissentiam.

MARCVS. Non facies, Quinte. nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio, nihil ut fuerit in suffragiis uoce melius, sed optineri an possit uidendum est.

QVINTVS. Quia, frater, bona tua uenia dixerim, ista 34
sententia maxime et fallit imperitos et obest saepissime rei publicae, cum aliquid uerum et rectum esse dicitur, sed optineri, id est obsisti posse populo, negatur. primum enim obsistitur, cum agitur seuere; deinde ui opprimi in bona causa est melius quam malae cedere. quis autem non sentit omnem auctoritatem optimatium tabellariam legem abstulisse? quam populus liber num-

---

bauit; [*et similia multa*, propositi aut uoluntatis *Caesar b. c.* 3, 84, 1; ex lite aut iudicio *ad Herenn.* 4, 23, 33; honorem aut magistratum *Gaius* 1, 96]. *Cf. Sempronius Asellio apud Gellium N. A.* 5, 18, 9 quae lex rogatioue lata sit. *Ceterum haec omnia* in magistratu — rogatione *a Cicerone scripta non esse, temere Bakius posuit, Baiterus credidit* 13 clam an palam *Victorius* clamant palam *AB* ferri *Bakius* ferre *AB* 1 an etiam id dubium est? *non Attico ut ante sed cum proximis* uereor ne a te *Quinto adscripsit C. Stephanus* 2 dıſſententıā *B* 3 ınıſtā *B* 4 qua*te (n *uidetur erasa*) *A* fuıſ ıſ ſeſſemp (*sic*) *B* fierıt *A* 5 optıneri *A* optınere *corr* optınerj *B* possit *editiones* poſſunt *AB* optinerine iam possit *Maduigius Opp.* 2, 163, [obtineri ne ea non possint *Muellerus; retinui uulgatam scripturam, non quasi satis uindicare possem, sed quia incerta est emendatio. Quintilianus ita:* quaedam an obtineri possint ambigi solet *Inst. or.* 2, 4, 39; quaeritur an in singulis uerbis possit fieri soloecismus *ibid.* 1, 5, 36] 7 quıa *A* qua *B* atqui *Feldhuegelius* 8 maxımae *B* fallat *B* fallıt*jmperıtoſ (j *e corr*) *A* et obest *deteriores* ſed obem *B* ſed obeſt* (b *et* ſt *e corr*) *A* ſaepıſſımae *B* ſępeſſıme (*corr* pı) *A* 9 uer & rectū *B* uere&rectum *sed* e *ante* & *a corr add A* &ſe *corr* eſſe *B* 10 obtineri *deteriores* optınere *A* obtı|nere *B* 11 ui *om B* 12 opprımı *corr ex* obpr *A* male caedere *A* malę caede|re *B* 13 quis *Turnebus* quı *AB* obtımatıum *corr* opt *A* 14 tabellariam legem abstulisse *deteriores ut*

quam desiderauit, idem oppressus dominatu ac potentia principum flagitauit. itaque grauiora iudicia de potentissimis hominibus extant uocis quam tabellae. quam ob rem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragium. itaque isti rationi neque la-
16 tor quisquam est inuentus nec auctor umquam bonus.
35 sunt enim quattuor leges tabellariae, quarum prima de magistratibus mandandis: ea est Gabinia, lata ab homine ignoto et sordido. secuta biennio post Cassia est, de populi iudiciis, a nobili homine lata, L. Cassio, sed, pace familiae dixerim, dissidente a bonis atque omnis rumusculos populari ratione aucupante. Carbonis est tertia, de iubendis legibus ac uetandis, seditiosi atque inprobi ciuis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a
36 bonis potuit adferre. uno in genere relinqui uidebatur uocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis: dedit huic quoque iudicio C. Caelius tabellam do-

uidetur, editiones tabellarıalegeob|tulıſſ& *sed* & *corr in* e *A* (*sic*) tabellarıa | legıo obtulıſſ& *B* 1 oppreſ|ſıt *B* oppreſſuſ *corr ex* obpreſſıt *A* 2 ıudıtıa *A* 3 uocis *Turnebus* uoceſ *AB* quantabellę *AB* quā ob | rem ſuffragandı nımıa *in rasura A* 4 bonuſ *B* 6 ſentıre *corr* ſentıret *A* uıcıoſum *B* 7 occultareeıſ *B* occultaret *sed* t *ultima in rasura A* ratıone *B* rogationi *Lambinus*, *sed cf. ad Att.* 1, 19, 4 8 auctorū quā *B* auctor*ūquā (ū *in rasura corr*) *A* 9 tabella|ru aequarū *B* 10 mandandıſ (an *media in rasura*) *B* cabınıa *B* cabınıa *corr* gab *A* alta ab *B* 11 caſıa *B* 12 populo *corr* populı *A* iudiciis *Bakius* ıudıcıo|ıſ *B* ıudıcıo·ıſ *A* (*sic*) L. laſſıo *B* L. | caſıo *A* 13 fa*mılıę *A* 14 rumuſ culuſ *B*, *corr* loſ *A* popularis aurae *Bakius*, *quod nollem Halmius probasset, quem puto olim rectius de his iudicasse in Sestiana* 47, 101 *p.* 242 *sq.* accupante *B* occupante *corr* aucup *A* tercıa *A* 15 ıuuendıſ *B*, *corr* ıub *A* 16 cıueſ *AB* 17 uidebatur *deteriores* uıdeba *B* uıde*bā (*sic*) *A* 18 cauſıuſ *B* exceperant *B* exceperant *A* 19 dedı *corr* dedıt *A* ccoelıuſ *A* ıudıcı oc·coe .... tabel| (*sic cum*

luitque, quoad uixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse rei publicae. et auus quidem noster singulari uirtute in hoc municipio, quoad uixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem, auiam nostram, habebat, ferenti legem tabellariam: excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegaeo excitauit mari. ac nostro quidem * * . cui cum res esset ad se delata, M. Scaurus consul 'utinam-

foramine in membrana) *B* 1 quo*ad| (d *erasa*) uıxıт *A* quoad uıx̄ *B* (*sic*) se ut opprimeret C. Popilium (Popillium *Lambinus*) nocuisse etiam (etiam *abiecit Dauisius*) rei p. *Turnebus* ſed uт opprımer& ·c· populū nocuıſſenт ·R̃P· *AB* 3 quoad uixit *editiones* quod adduxıт *A* qđ adduxıт *B* 4 ſore* *corr* ſo^ro^rē* *A* habebat *editiones* habebaN̄ *AB* 5 fluctus *Hieronymus Ferrarius teste P. Manutio*, *R. Stephanus* fleтuſ *AB* ſympulo *B* 6 cradıuſ *corr* gra^ti^dıuſ *A* marıuſ *B*, *om A*, *cuius auctoritate abusi Halmius et Baiterus delendum esse nomen censuerunt, quod qui exciderit in illo libro, causa manifesta est* 7 ın aegreco *B* ın*|*ęgaeo (ę *in rasura corr*) *A* exтıтauıт *B* quıdem quı cū *AB*; *defectus indicium feci; opinor enim haec sic fere exarata fuisse* ac nostro quidem (auo magnam ea res attulit laudem). cui cum; [*nam nec* auo *abesse potest nec satis probabili correctione ex* qui *recuperari uidetur, in oratione autem si quid sentio haec* ac nostro quidem auo consul inquit *sententia generali non praemissa parum apte aut uenuste coniunguntur.*] mari ac nostro quidem. quoi cum *R. Stephanus* mari. ac nostro quidem auo cum *Lambinus* 8 ad senatum *Madüigius Opp.* 2, 165, [*probauit Baiterus, ne quid de iis dicam qui nihil supra triuialem artem didicerunt quodque ab aliis edocti sunt confidentius nimirum ipsis auctoribus pronuntiant. ego dubitabam Maduigii iudicio adstipulari, quia primum narratio ipsa indicio esse uidebatur, non ad senatum sed ad consulem rem esse delatam* (*cf. in Vatin.* 5, 12), *deinde* eum *nisi cum ambiguitate poni non poterat, denique, quoniam nemo nescit* Scaurus re ad se delata respondit *recte nec sine exemplo scribi potuisse, non satis tuto illa* cum res esset ad se delata M. Scaurus consul dixit *tamquam soloeca reiici putabam. De simili genere Maduigius ipse prudenter admonuit Opp.* 1, 189] delata M. Scaurus *Bakius* delaтam ſcauruſ *B* delaтã ſcauruſ (*fuit* delaтā) *A* consul utinam *editiones* conſul uтınāq; *A* conſulтı ɴāque *B* utinam quidem *Mo-*

[que]' inquit, 'M. Cicero, isto animo atque uirtute in summa re publica nobiscum uersari quam in municipali
37 maluisses.' quam ob rem, quoniam non recognoscimus nunc leges populi Romani, sed aut repetimus ereptas aut nouas scribimus, non quid hoc populo optineri possit, sed quid optimum sit tibi dicendum puto. nam Cassiae legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. tu, si tabellariam tuleris, ipse praestabis; nec enim mihi placet, nec Attico nostro, quantum e uultu eius intellego.

17 Atticvs. Mihi uero nihil umquam populare placuit eamque optimam rem publicam esse dico, quam hic consul constituerat, quae sit in potestate optimorum.

38 Marcvs. Vos quidem, ut uideo, legem antiquastis sine tabella. sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen istam libertatem [istam] largior populo, ut

---

serus 1 inquit (t *e corr*) *A* ista | animo *B* isto animo *sed* o *in* animo *e corr A* adque (t *supra* d) *A* 5 qid̄ *A* optinere *B* optinere *corr* erj *A* 6 ob|timum *B* cassia*legis (a *corr in* æ, *puto* cassia elegis *fuisse*) *A* 7 qo (*fuit* co) *A* 8 prestabis *B* 9 quantome uultuseī *B* quantum*euultu*eius (e *ante* uu *e corr*, *fuit* quantume uultus eius) *A* 11 nihil*umquam (*fuit* nihillum) *A* nihilū q̧ *B* popularē *B* popularē *A* placui(t) *A* 12 eā quā *B* optimam (p *corr ex* b) *A* 13 constituerant *B* constituerant *A* in potestatē *B* in potestatē *A* *Ciceronem* esse in potestatem *dixisse, qualia fuerunt olim qui probarent, hodie nemini persuadetur: cf. Maduigius Emendat. Liuian. p.* 8 14 uos quidem *Turnebus* uosdem *AB* antiquastis] *confer ad p.* 207, 2 15 sine *in exitu uersus in B legi non potest* 16 ista liber||tatem istā (*in exitu uersus quod scriptum fuit legi non potest*) *B* **** libertatem istā (*in loco raso fuit* ista *uel* istā) *A; alterum* istā *inclusi, prius olim sustulerunt, alii ex altero utro* ita *recuperant, quo opus non est;* [*quamquam in hac memoria ambiguum est iudicium, tamen istam orationem paulo sane accommodatiorem esse sentio, primum ut uniuersa sententia ponatur* tamen istam libertatem largior populo, *deinde eadem ut restringatur* (ita, ea lege) ut auctoritate ualeant boni: *cf. de rep.* 1, 2, 3] ut* auctoritate (au *corr ex*

auctoritate et ualeant et utantur boni; sic enim a me recitata lex est de suffragiis: 'optimatibus nota, plebi libera sunto.' quae lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tollat, quae postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium, ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet; pontes etiam lex Maria fecit angustos. quae 39
si opposita sunt ambitiosis, ut sunt fere, non reprehendo; sin *non* ualuerint tamen leges, ut ne sit ambitus, habeat sane populus tabellam quasi uindicem libertatis, dum

---

ocı) *A* 1 boni '*Odinus apud Oliuetum*' bonıſ *AB* 2 opτımaτıbuſ (p *corr ex* b) *A* 3 ſunτ·o· *B* ſunτo* (o *e corr*) *A* q; lex *B* ſenτıam (ten *supra*) *A* 4 tollat quae *deteriores* τolleτq; *B* τoll(er)& quę *A* laτe *B* 6 &ıã *in rasura A* 7 oppoſıτa *corr ex* obp *A* 8 non *addidi: nam quod Wyttenbachius* sin *pro* si non, sin minus *positum opinabatur, credi non potest* τamen *A* τã ẽ (*h. e.* τam eſτ) *B* tantum *R. Stephanus*
leges *dicit quas modo significauit, quae tegunt omni ratione suffragium, quibus si id non tamen effectum est, ut iam nullus sit ambitus, non tollendam tabellam censet sed reddendam populo libertatem ostendendae eius cui uolet.* ut ne sit ambitus *Turnebus, Bakius* (sint *editiones pleraeque, sed cf. ad* 169, 5) uτ neſım ambıτuſ *B* uτneſım*|ãbıτuſ (ã *a corr add initio uersus*) *A, in quo* uτ ne ſım *et* 199, 6 ſaτıſ ẽ *non est in rasura, quod Halmius specie deceptus scribit;* [*quam ab Halmio excogitatam scripturam Baiterus in textu posuit* sin ualuerint tantum leges ut desinat ambitus, *ea peruertitur sententia, quam ne Huschkius quidem recte cepit: si leges hoc perfecissent ut ambitus desineret, non erat quod Cicero sua lege leges istas quae oppositae essent ambitiosis tolli uellet: sed quia hoc illae leges perficere non potuerunt, eam ob causam reddi populo cum tabella libertatem ostendendi eam cui uolet iubet, si forte hac uia id assequi liceret, quod leges consequi non potuerunt. non quaero quam prudens fuerit Ciceronis consilium, quamquam 'ridiculi' in ea sententia nihil offendo: sed quid uoluerit, tenor disputationis satis certo declarat; quod Halmius* ualuerint ut ne sit amb. *uitiosum esse scribit, uerum non est: confer Tusc.* 5, 13, 39 si eius acies ita curata est ut ne caecaretur erroribus; *ad fam.* 1, 2, 4 hoc uidemur esse consecuti ut ne quid agi cum populo saluis auspiciis posset; *de or.* 1, 29, 132 assequi possunt ut iis quae habent scienter utantur et (ita) ut ne dedeceat.]
9 quasi uindicem *editiones* quaſı (bi *supra*) uındıcenτ lıberτaτıſ *corr* τeſ *A*

modo haec optimo cuique et grauissimo ciui ostendatur ultroque offeratur, ut in eo sit ipso libertas, in quo populo potestas honeste bonis gratificandi datur. eoque nunc fit illud, quod a te modo, Quinte, dictum est, ut minus multos tabella condemnet, quam solebat uox, quia populo licere satis est: hoc retento reliqua uoluntas auctoritati aut gratiae traditur. itaque, ut omittam largitione corrupta suffragia, non uides, si quando ambitus sileat, quaeri in suffragiis quid optimi uiri sentiant? quam ob rem lege nostra libertatis species datur, auctoritas bonorum retinetur, contentionis causa tollitur.

18 40 Deinde sequitur, quibus ius sit cum populo agendi aut cum senatu. *tum* grauis et, ut arbitror, praeclara lex: '*quae cum populo* quaeque in patribus agentur, modica sunto,' id est modesta atque [ad] sedata; actor enim moderatur et fingit non modo mentem ac uolun-

qua|ſı uındıcenт (т *erasa*) lıberтaтıſ *B* 2 uti in eo sit ipsa libertas quod *R. Stephanus* ut in eo sit ipso libertas in qua (*uel* in quo) *Turnebus* uтıneſıт ıpſo lıberтaſ ın quo *AB* 3 honeſтa *A* 4 quıınтe *B* 5 mınoſ *B* mı|nŏſ *A* condempn& *A* 6 hoc rereтenтo *B* hoc**reтenтo *A* (re *erasum; ut inutiliter Halmius* hoc enim retento *coniecerit*) 7 тradıтuſ *corr* тur *A* 8 uıdıſ *B* uıdıſ *corr* uıdeſ *A* 9 quae|rı (e *et* rı *e corr ut uidetur*) *B* quı *B* quı (superscr. ıı) *A*; [quid sentiant *h. e.* quod suffragium ferant: *quode uide Herm.* 15, 261] 10 legeſ *B* lege* (*fuit* legeſ) *A* lıbe|raтıſ *B* 11 retinetur *deteriores* reтın& *B*, *in A uox ita euanuit ut praeter* r *uix uestigia quaedam agnoscantur* тol|lıтŏr *A* 13 senatu. ⟨tum⟩ *scripsi* (*conf. c.* 19, 43. 44) senaтu *AB* senatu. ⟨deinde⟩ *Turnebus* grauıſ& *B* grauıſ & *corr* ſed *A* praeclara *editiones* praeclare *B* preclare *A* praeclara est *Halmius praue ut iam apparet;* [*oratio enim sic procedit* deinde sequitur, quibus ius sit cum . . ; tum (sequitur) grauis lex: *neque sine particula hae quae diuersae leges sunt componi poterant.*] 14 quae cum populo *om AB, in paucis deterioribus addita et a Turnebo* ɪɴ *superscriptum A* agentur *Turnebus* agunтur *AB*, *confer* 3, 4, 10 15 atque sedata *Victorius* aтq; ad ſedaтa *AB* (*nam in A quoque* ad *certo agnoscitur, quamquam in hac parte ualde euanida est scriptura*). *Cf.* 2, 4, 9 *p.* 79, 13 actor *Ascensiana* aucтor *B et ut uidetur A*

tates, sed paene uultus eorum, apud quos agit. quod si in ** senatu non difficile; est enim ipse senator is, cuius non ad auctorem referatur animus, sed qui per se ipse spectari uelit. huic iussa tria sunt: ut adsit; nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est; ut loco dicat, id est rogatus; ut modo, ne sit infinitus; nam breuitas non modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia: nec est umquam longa oratione utendum, nisi aut peccante senatu, quod fit ambitione saepissime, nullo magistratu adiuuante tolli diem utile est, aut cum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia

---

1 ſed prae uultuſ *B* quod ſı ın ſenatu non dıffıcıle ·ē· enım *AB* quod est in senatu non difficile. est enim *R. Stephanus;* 'quod in senatu] *modica et sedata esse, quae cum patribus agentur, non est difficile. quae cum populo agentur, est difficilius.' Turnebus uerissime; itaque putaui mancam esse orationem et sic fere scriptum fuisse* quod si in ⟨populo arduum est, in⟩ senatu non difficile. est enim. *Confer de orat.* 2, 82, 333 haec in senatu minore apparatu agenda sunt; sapiens enim est consilium multisque aliis dicendi relinquendus locus, uitanda etiam ingenii ostentationis suspicio. contio capit omnem uim orationis et grauitatem uarietatemque desiderat. 2 ıpſe ſenatorıſ *A* ıpſeſe ſenaturıſ *B* 3 ad auctorem *deteriores* ab auctorē *AB* ad actorem *Turnebus* 4 ıpſe ſpectarı uelıt *in rasura A* adſıt *sed* d *corr A* 6 modeneſıt *B* 7 ſed &ıā oratorıſ *in textu omissa in margine manu antiqua posita B* 8 est in sententia *delet Puteanus, item praeter* est '*Orellio auctore*' *Halmius et Baiterus, quae ego nolim abesse: nam, ut ait Cicero Brut.* 13, 50, breuitas laus est interdum in aliqua parte dicendi, in uniuersa eloquentia laudem non habet, *ita nunc* in sententia, *quae est aliqua pars dicendi uel genus eloquentiae, breuitatem laudat, eaque laus non ad senatorem tantum, sed etiam ad oratorem pertinet, qualis in senatu Cicero fuit et pauci alii: et sic puto aptius adiungi* nec est umquam longa oratione *cet.* nec eſtum quam (c *e corr*) *A* nec ē tūquam *B* 9 nisi aut *deteriores pauci* nıſı ut *AB* ambitione *in hac uoce deficit B, sed uide ad p.* 202, 9 cum agi quod fit ambitione saepissime] '*dicit nonnullos per ambitionem, cum minime necesse est neque senatus peccat, tamen dicendo diem eximere.' Turnebus* 10 nullu (*corr* lo) magıſtratū *A* utıle· ē aut (*corr ex* aut) *A* 11 tanta *editiones* tante *A*

uel ad hortandum uel ad docendum; quorum generum
41 in utroque magnus noster Cato est. quodque addit 'causas populi teneto,' est senatori necessarium nosse rem publicam, idque late patet, quid habeat militum, quid ualeat aerario; quos socios res publica habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, condicione, foedere; tenere consuetudinem decernendi, nosse exempla maiorum. uidetis iam genus hoc omne scientiae diligentiae memoriae, sine quo paratus esse senator nullo pacto potest.

42 Deinceps sunt cum populo actiones, in quibus primum et maximum 'uis abesto.' nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri et legibus, nihil minus et ciuile est humanum quam composita et constituta re publica quicquam agi per uim. parere iubet

---

1 athor tantum *corr* adhor tandum *A* 2 nr̄t cato *A* 3 ten&o·*eſt* (o *e corr*) *A* 4 qui^d ualeat *A* 5 ęrario *in rasura A* res publica *delet Manutius, quem ego non sequar cum Halmio et Baitero;* [*cf. Maduigium de fin. p.* 9] 6 ſtipendiariuſ *corr* oſ *A* condıtione *A* 7 decernendi *editiones* recernendı *A*

8 uıdētiſ *corr ex* uıdēteſ *ut uidetur A* omne *editiones* om̄ſ (*sic*) *A* omne esse *Halmius* 9 memoria·ē·dequo *sed* de *corr ex* ne *A: scilicet* memoriaeſine quo *abiit in* memoria eſt ne quo *uel* memoria ē ne quo; memoriae esse sine quo *R. Stephanus* (memoriam *superiores*); *sed* esse *necessarium non puto,* [*hoc dicit:* non est quod plura afferam: uidetis iam·genus hoc omne scientiae. *cf. de nat. deor.* 2, 49, 126 multa eius modi proferre possum: sed genus ipsum uidetis.] e& *corr* ēē *A* 13 ac *in rasura A, primitiua scriptura cognosci non potest, nisi quod* aut *non fuisse certum est, tenui igitur quod ante Halmium uulgabatur* et; *conf. p.* 62, 2 14 mınuſ*cıuile eſt^& humanjuſ (*h. e.* humanius) quā (*fuit* mınuſ e *uel* ē cıuıle eſt humanūſ quā) *A* nihil minus ciuile est et humanum *editiones uetustae* (ciuile et humanum *C. Stephanus*); *suspicor fuisse* nihil minus humanum et ciuile est, *unde quo modo nata sit quae primitiua scriptura fuit* (nihil minus et ciuile est humanus) *facile intelligitur, cf. p.* 71, 14 15 quıcquā agı | *in*

intercessori, quo nihil praestantius; inpediri enim bonam rem melius quam concedi malae. quod uero actoris 19
iubeo esse fraudem, id totum dixi ex Crassi, sapientissimi hominis, sententia: quem est senatus secutus, cum decreuisset C. Claudio consule de Cn. Carbonis seditione referente, inuito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat concilium, simul atque intercessum turbarique coeptum sit, dimittere. quod qui permouet, cum agi nihil potest, uim quaerit, cuius inpunitatem amittit hac lege. sequitur 43
illud 'intercessor rei malae salutaris ciuis esto.' quis non studiose rei publicae subuenerit hac tam praeclara legis uoce laudatus?

Sunt deinde posita deinceps, quae habemus etiam in publicis institutis atque legibus: 'auspicia seruanto, auguri parento.' est autem boni auguris meminisse maximis rei publicae temporibus praesto esse debere Iouique optimo maximo se consiliarium atque administrum

---

rasura A 1 praestantius *editiones* pręſτιuſ *A* 2 actoris *editiones* acτoreſ *A* 3 dixi *Victorius* dıcı *A* 5 de Cn. Carbonis *Turnebus* dıgn· carbonıſ *A* de C. Carbonis *ante Turnebum* 8 τurbarıquae|coemτū (p *supra*) *A* [*Cf. Liuius* 25, 3, 19 Fuluius consul tribunis 'nonne uidetis' inquit 'uos in ordinem coactos esse et rem ad seditionem spectare, ni propere dimittitis plebis concilium.' *ibid.* 4, 6] 9 pmou& (u *corr ex* n *ut uidetur*) *A* cum agi] *haec usque ad* religione 207, 2 *habet B post* legem *p.* 197, 14 10 amittit *editiones* amıτι *AB* ac (h *supra*) *A* lege. sequitur *editiones* legequıτur *AB* 11 reı *in rasura A* 12 ſτudıor ſe ·R̄·P̄· *B* ſτudıo* ſe** R̃·P *A* hac] ac *A* precla|ra *A* 14 quae ha|beḿ *B sed* ha *ex* be *correctum uidetur* 15 ınſτιτιτ̆ıſ *B* ſeruanτo* (o *e corr*, *uidetur* ſeruanτur *fuisse*) *A* 16 p. *i. e.* publico *ante* parento *addi iubet Orellius coll.* 3, 4, 11 augureſ *B* augureſ *corr* ıſ *A* meminisse se *Lambinus*, [*quod hoc quidem loco abesse posse uidetur, quoniam in bimembri oratione pronomen quod est ante* consiliarium *ad priorem quoque partem refertur: paulo etiam artificiosius, p.* 65, 8 quibus inlustratis sapientia duce bonum uirum et ob eam ipsam causam cernat se beatum fore.] 18 opτιmo *corr ex* obτ *A*

datum, ut sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, caelique partes sibi definitas esse traditas, e quibus saepe opem rei publicae ferre possit. deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, de priuatis magistratibusue audiendis.

44 tum leges praeclarissimae de duodecim tabulis tralatae duae, quarum altera priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari nisi maximo comitiatu uetat. et nondum inuentis seditiosis tribunis plebis, ne cogitatis quidem, admirandum tantum maiores in posterum prouidisse. in priuatos homines leges ferri noluerunt; id est enim priuilegium: quo quid est iniustius, cum legis haec uis sit, scitum et iussum in omnis.

---

1 auspicio *Victorius* auſpıтıa *A* auſpıcıae ſeıuſſerıт *B* [*Haec Huschkius non recte interpretatus est et emendando deprauauit: recte Mommsenus De iur. publ. Rom.* 1, 30; *oratio autem ita euoluenda:* auguris est meminisse Ioui se administrum datum ut sibi ei (administri dati sint) quos (sibi) in auspicio esse iusserit: *sed alterum* sibi, *ne bis siue ter in uicinitate repetitum pronomen offenderet, omissum.*] 2 equıb; *B* aequıbuſ *A* ſaeopem *B* 3 rei p. ferre *Manutius* repferr& (& *corr in* e) *A* rep̄ferr& *B* deınde ꝓmulgaтıone *B* 4 ſıgulıſ (n *supra*) *A* 5 p̄|clarıſſımaſ *B* p̄clarıſmæ (æ *in rasura*) *A* 6 тralaтę (ę *corr ex* e) *A* тraſlaтae *B* prıualegıa *B* tollit *Victorius* тollı *AB* 7 comitiatu *R. Stephanus* comıтaтu *AB* 8 ueтa *B* ueтa(т) *A* inuentis *Turnebus* ıntıſ *AB*, *cf. p.* 82, 6 ſe dıcıo uſıſ (*sic*) *B* ne cogitatis *Lambinus* negoтıa hıſ *B* negoтıa* ıſ (ſ *e corr*) *A* (*cf. de nat. deor.* 2, 7, 18 *p.* 407, 21 negotiari *pro* ne cogitari) 9 maıorıſ *AB* 10 prıuaтoſ *A* ꝓuıdaтoſ *B* priuos *Iosephus Scaliger et Claudius Puteanus, sed uide de dom.* 17, 43 leges priuatis hominibus inrogari, id est enim priuilegium, *et alibi etiam* priuati *dicuntur pro* singulis [*cf. Buechelerum Pop. Iguu. lustrat.* 1876 *p.* 17] no luceř (*sic*) *B* 12 legeſ *B* scitum et iussum *Ascensiana* ſcıтū ē ıuſſū *AB* sit ⟨ut sit⟩ scitum *praeeunte Scheffero Rathius, quod ut aptum est, ita num necessarium sit dubito propter simile genus de quo Maduigius disputauit de fin.* 2, 4, 13; 3, 16, 53. *Cf. Academ. pr.* 2, 9, 29 hanc enim esse regulam totius philosophiae, constitutionem ueri falsi.

ferri de singulis nisi centuriatis comitiis noluerunt; descriptus enim populus censu, ordinibus, aetatibus plus adhibet ad suffragium consilii quam fuse in tribus conuocatus. quo uerius in causa nostra uir magni in- 45
genii summaque prudentia, L. Cotta, dicebat nihil omnino actum esse de nobis; praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta seruilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse neque ulla priuilegii: quocirca nihil nobis opus esse lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus. sed uisum est et uobis et clarissimis uiris melius, de quo serui et latrones sciuisse aliquid dicerent, de hoc eodem cunctam Italiam quid sentiret ostendere.

Sequitur de captis pecuniis et de ambitu. legesque 20 46

---

1 singulis nisi *Victorius* ſingulıſ ſı *A* ſingulıſı *B* de singulis *cur maluerit quam* de capite ciuis, *quod et supra posuit et in ipsa lege et aliis locis, quibus huius mentio fit legis* (*cf. Schoellius* XII *Tab. rel. p.* 152), *nescio* centurıatıſ *uox paene euanida in A* *comıtııſ *A* 2 deſcrıptuſ *AB* ordıɴıb; *sed* ɴı *e corr B* 3 consilii *Ascensiana* ſılıı *B* ſılıı *corr* ^au^ xılıı *A* fuſae *AB* ıntrb; *B* (*sic*) 4 ıngenıı̊ *corr ut uidetur ex* ıngenū *A* 5 ſu|maque *B* ·L*cotta *A* 6 quãquod (ã *corr ex* e *ut uidetur*) *A* 7 comitia *editiones* amıcıtıa *B* amıcı^tı^*a *A* omnia *cum Halmio Baiterus;* comitia *tolli iusserat Maduigius* (*Opp.* 2, 165), *sed* comitia geri *ut non dicitur, ita* comitia armis geri (*quasi bellum*) *uidetur recte nec nimis audacter dici: praeterea* comitiorum *significationem aegre desideres propter ea quae sequuntur.* 8 comıtıa (a *e corr*) *A* posse neque *Turnebus* poſſent eq; *B* poſſent^ɴ^*eq; *A* 9 prıuılegıı *B* prıuılegıa *sed* a *e corr A* qb; nıhı *A* 10 actū ēē *B* 11 dequoſeruı& *B* deq̊* ſeruıat (q̊* *corr ex* cu *ut uidetur*) *A* latrones sciuisse se *Turnebus* patronıſ cıuıſ ſe *B* patronıſ|| cıuıſ ſe *A* 12 alıquıt *B* cunctū *B, in A obscurum est* 13 sentiret *editiones* ſentırem *A* ſentırẽ *B* 14 ſequıt̃ (˜ *e corr*) *A* ſequıt (t *corr in* d) *B* ambitu. legesque cum *scripsi* ãbıtu (ı *e corr*) legıſ quę cū (*sic*) *A* ambıtu legıſq; cū *B;* [ambitu [leges]. Quae cum (quoniam) . . sancienda sint (sunt) *post alios Halmius et Baiterus*]. *Ceterum* que *in transitu ad nouam rem ponitur ut saepe, uelut p.* 110, 2,

cum magis iudiciis quam uerbis sanciendae sint, adiungitur ‘noxiae poena par esto’, ut in suo uitio quisque plectatur, uis capite, auaritia multa, honoris cupiditas ignominia sanciatur. extremae leges sunt nobis non usitatae, rei publicae necessariae. legum custodiam nullam habemus, itaque eae leges sunt, quas apparitores nostri uolunt: a librariis petimus, publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creabantur; nec ei solum litteras, nam id quidem etiam apud maiores nostros erat, sed etiam facta hominum obserua-
47 bant ad legesque reuocabant. haec detur cura censoribus, quando quidem eos in re publica semper uolumus esse: apud eosdem, qui magistratu abierint, edant et exponant, quid in magistratu gesserint, deque iis censores praeiudicent. hoc in Graecia fit publice constitutis accusatoribus, qui quidem graues esse non possunt, nisi sunt uoluntarii; quocirca melius rationes

---

quod ibi Baiterus neglexit: cf. Maduigius de fin. 3, 22, 73
1 ſanciendę ſ̄ *AB* sint *Victorius* 2 noxıe paena *B*, *in A fere euanida* par|**eſto (par *in exitu uersus a corr add*) *A* ut in *editiones* & ın *AB* uıcıo *B* 3 auarıa *B* auarıa (ti *superscr.*) *A* cupıtaſ *B* cupıtaſ (di *superscr.*; u *in rasura*) *A* 4 ſan|tıatur *A* ſencıat̃ *B* extreme *AB* n̄ ſıtate *B* n̄*uſıtatę *A* (*fuit* nonſıtatę, *sed extremae litterae* atę *legi uix possunt*, *ut plura in hac ultima pagina codicis difficile leguntur*) 6 ea lege ſunt *B* 7 conſignata *B* 9 dılıcentıuſ *B* nomophylaceſ *AB* creabantur *Bakius* creantur *AB* 10 nec ii *editiones* neı *AB* 12 legeſ quae *B* cur acceſſorıb; *B* *Conf.* 3, 3, 7 *de censoribus* ea potestas semper esto 14 abeoſdem *B* magıſtratı *B* 15 ex|ponat *B* deque iis censores *editiones* deq;ıncenſore *B atque eadem licet ualde obscura uideor in A legere* 16 publıce (b *corr ex* p) *A* 17 [qui, accusatores *scilicet*, *non* publice constituti accusatores: *merum enim nomen refert pronomen; de quo genere dixi in ind. lect.* 1878 *p.* 7 *sq.*] graue *B* 18 nı ſunt (n *superscr.*) *A* uoluntarıuſ *B* uoluntarıı* *A* quocırcumelıuſ *B* quocırcamelıuſ *sed* a *corr ex* o *uel* u *A* *post* melius *addunt* est *editores*

referri causamque exponi censoribus, integram tamen legi, accusatori iudicioque seruari. sed satis iam disputatum est de magistratibus, nisi forte quid desideratis.

Atticvs. Quid? si nos tacemus, locus ipse te non admonet, quid tibi sit deinde dicendum?

Marcvs. Mihine? de iudiciis arbitror, Pomponi; id est enim iunctum magistratibus.

Atticvs. Quid? de iure populi Romani, quem ad 48
modum instituisti, dicendum nihil putas?

Marcvs. Quid tandem hoc loco est quod requiras?

Atticvs. Egone? quod ignorari ab iis, qui in re publica uersantur, turpissimum puto: nam ut modo a te dictum est leges a librariis peti, sic animaduerto plerosque in magistratibus ignoratione iuris sui tantum

---

omnes nulla auctoritate, quod non intelligo cur hic magis necessarium ducatur quam uel p. 202, 1 *et* 2 quo nihil praestantius; impediri enim bonam rem melius quam concedi malae: [*sed in hoc genere libidine agunt editores uelut p.* 189, 11 populare sane, neminem in summum locum nisi per populum uenire *addunt* est, *non addunt p.* 203, 9 admirandum, tantum maiores in posterum prouidisse; *aut p.* 183, 8 quod nobis egregium et ad immortalitatem memoriae gloriosum, neminem tribunum potuisse reperiri. *Confer praeterea* ioculare istuc quidem et saepe derisum *p.* 58, 14; praeclara uero ista lex *p.* 190, 5; *et his similia multa per omnes libros Tullianos occurrunt.*] rationiſ *AB* 1 referri cauſaq; (*sed* ı *obscurum*) *A* referrı cauſamquae *B* ıntegrū *B* 2 legı *AB* legem *editiones; de sententia confer Lycurg. in Leocr.* 2, 4 ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ὁ δὲ κατήγορος μηνύειν τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων ἐπιτιμίοις καθεστῶτας, ὁ δὲ δικαστὴς κολάζειν τοὺς ἐπ' ἀμφοτέρων τούτων ἀποδειχθέντας αὐτῷ κτλ. *ubi* ἐπ' *non intelligunt qui* ἀπ' *aut* ὑπ' *scribi iubent.* satis iam *editiones* ſatıſ &ıā *AB* 4 quid si nos *deteriores* qīd ſıñ (*i. e.* non) *A* quıdſın| *B* 5 qīd *A* dıcen* (dū *superscr.*) *A* dıcem *B* 8 q̃d|de ıure *A* quodeıure *B* 10 quod requiras *editiones* quıd requıraſ *AB* 11 ab hıſ *AB* 12 uerſanturpıſſımū (tur *superscr.*) *A* uer|ſantur ꝉpıſſımum *B* 13 legıbuſ *B* legeſ *sed* eſ *in rasura A* peti *Manutius, Lambinus* lego *AB* animaduerto plerosque *R. Stephanus* anımaduertoroſq; *B* anīaduerto quoſq; *sed*

sapere, quantum apparitores uelint. quam ob rem, si de sacrorum alienatione dicendum putasti, quom de religione leges proposueras, faciendum tibi est ut, magistratibus lege constitutis, de potestatum iure disputes.

49 MARCVS. Faciam breuiter, si consequi potuero; nam pluribus uerbis scripsit ad patrem tuum M. Iunius sodalis, perite meo quidem iudicio et diligenter; nos autem de iure naturae cogitare per nos atque dicere debemus, de iure populi Romani quae relicta sunt et tradita.

ATTICVS. Sic prorsum censeo et id ipsum, quod dicis, expecto. * * *

---

aduerто qu *in rasura A* 1 aparıtoreſ *B* apparıtoreſ *corr ex* abp *A* uellınт *B* 2 cum *uel* quom *deteriores* qm̃ (*i. e.* quoniam) *AB* [*quod nuper probauit Muellerus, ego ferri posse nego*] reͩlıgıone (lı *e corr*) *B, in quo* (*omissis reliquis usque ad finem libri*) *deinceps p.* 197, 14 antiquaſtıſ — *p.* 200, 9 ambıtıone *sequuntur suo loco omissa* 4 obconſtıtutıſ (obcon *in rasura*) *A*

potestatum iure *cod. Monacensis, Turnebus* (*confer Maduigium Emend. p.* 107) poteſtate tum ıure *A* *Quae de potestatum iure in exitu huius libri exposuisse Ciceronem probabile est, ea miror Reifferscheidium in eam sententiam accepisse, quasi ille hac demum parte constitutionis magistratuum explicationem aut suasionem dedisset, cum contra ipsa comparatio cum sacrorum alienatione et religionum lege manifesto declaret, quam uim illa habuerint quamque non obstiterint praemissae iam de magistratibus disputationi qualem ex conseruata hodie parte quae est de tribunatu cognoscimus.*

5 facıam *corr ex* facıem *A* nam *editiones* non *A* 6 ad *sed* d *e corr A* sodalis perite meo quidem iudicio et diligenter *editiones* ſodalıę perıtū (meo) | quıdē ıudıтıo & dılıgenт *A* (meo *in exitu uersus legi non potest*) 7 nos autem *Bakius* noſ aт* (т *corr, fuit* aũ *uel* auт) *A* 8 naturae cogitare *Turnebus* nate cogıtarı *A* atque *Turnebus* &que (*corr* quę) *A*

11 sic] ſıт *A* prosum *Halmius* ꝓcū *A* profecto *editiones*

quod dicis exspecto *editiones* quędıcıſ ſpecto *A* M̄| TVLLI CICERONIS ∂ELEGIBVS LIBER ·III· EXPLICIT *A*

FRAGMENTA

1. Lactantius Instit. diu. 5, 8, 10. *Nunc autem mali sunt ignoratione recti ac boni. quod quidem Cicero uidit: disputans enim de legibus* sicut una *inquit* eaaemque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret ac nititur, sic omnes homines inter se natura confusi prauitate dissentiunt, nec se intellegunt esse consanguineos et subiectos omnes sub unam eandemque tutelam: quod si teneretur, deorum profecto uitam homines uiuerent.

2. Macrobius Saturn. 6, 4, 8. *Sunt qui aestiment hoc uerbum* umbracula *Virgilio auctore conpositum, cum Varro ... dixerit ... et Cicero in quinto de legibus:* Visne igitur, quoniam sol paululum a meridie iam deuexus uidetur nequedum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur, descendamus (descendatur *Macrobius*) ad Lirim eaque quae restant in illis alnorum umbraculis persequamur?

Reliqua suis locis adposita sunt in adnotatione.